

CONSILIO AD EXSEQUENDAM CONSTITUTIONEM
DE SACRA LITURGIA

NOTITIAE

18

IUNIO 1966

CITTÀ DEL VATICANO - PALAZZO SANTA MARTA

NOTITIAE

Commentarii ad nuntia
de re liturgica edenda cura
Consilii
ad exsequendam Constitutionem
de sacra Liturgia

«Notitiae» prodibunt simel in mense. Libenter, iudicio Directionis, nuntium dabitur Actorum, inceptuum, editionum in re liturgica, praesertim e Coetibus Episcoporum vel Commissionibus liturgicis nationalibus emanantium, si scriptorum vel periodicorum exemplar missum fuerit.

Directio: Commentarii sedem habent in Cittate Vaticana, Palazzo S. Marta, ad quam transmittenda sunt epistole, charulae, manuscripta, his verbis inscripta:
NOTITIAE, Città del Vaticano

Administratio autem residet apud
Libreria Editrice Vaticana
Città del Vaticano

Pro commentariis sunt in annum solvendae:
in Italia lit. 2.000
extra Italiam lit. 3.000 (\$ 5)
singuli fasciculi veneunt:
lit. 200 (\$ 0,35)

Pro annis praecedentibus
singula volumina: lit. 4.000 (\$ 7)
id. linteo contecta: lit. 5.000 (\$ 8,40)
singuli fasciculi lit. 400 (\$ 0,70)

★

In Italia pecunia mittenda est per
C.c.p. N. 1/16722

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

18

Vol. 2 (1966), n. 5

SUMMARIUM

Acta Summi Pontificis

«Summi Dei beneficio». Pauli PP. VI Motu proprio quo Jubileum extraordinarium prorogatur	153
Sollemnorem reddunt «Pueri Cantores» cultum liturgicum	155
Pastoralis utilitas sermonis vernaculi in sacrae Liturgiae ritibus	156

Acta Consilii

Epistola ad Praesides Coetuum Episcoporum	157
Imagines huius fasciculi	162
Summarium Decretorum quibus deliberationes Coetuum Episcoporum confirmantur	163
Summarium Decretorum quibus confirmantur interpretationes populares Proprietum religiosorum	166
Ordo lectionum per ferias	168
Plan d'ensemble du Lectionnaire ferial français	169
In nostra Familia	171

Sacra Congregatio Rituum

Decretum de editionibus librorum liturgicorum	172
Commentarium	175
Festum S. Ioseph anno 1967	180
Decreta particularia	181

Sacra Congregatio Concilii

Circulares litterae de participatione ad Missam festivam eorum qui animi relaxandi causa (v. touristes) ad alias regiones se conferre solent	185
--	-----

Actuositas Coetuum Episcoporum

Libri liturgici Officiales: Regiones linguae germanicae; Regiones linguae gallicae	190
Incepta pro unica interpretatione textuum liturgicorum: Regiones linguae anglicae; Regiones linguae hispanicae	191
Chronica	197

Acta Summi Pontificis

« SUMMI DEI BENEFICIO »

**PAULI PP. VI MOTU PROPRIO QUO IUBILAEUM
EXTRAORDINARIUM PROROGATUR**

(usque ad diem 8 dec. 1966)

SUMMI DEI BENEFICIO factum est profecto, ut quod Apostolica data Constitutione, a verbis *Mirificus eventus* incipiente, Iubilaeum extraordinarium superiore mense decembri indiximus, ab omnibus catholicis hominibus, ubicumque versarentur gentium, incredibili mentium voluntatumque consensione acciperetur. Qua de re quantopere Noster gaudeat animus difficile est dictu. Ea enim non obscure declaratur et quo loco apud christianum populum religionis pietatisque exercitationes nullo non tempore habeantur; et quantas Concilium Oecumenicum Vaticanum II, superiore anno conclusum, in christifidelium animis exspectationes erexerit, studia conciliaverit, consilia vitae melioris commoverit; et quanto denique honore, amore Christi Ecclesiam, dulcissimam omnium parentem, fautricem, magistram eius filii colant, diligent.

Etenim delatum est Nobis plurimis locis ea acta esse diligentissime quae in Constitutione Apostolica, quam memoravimus, suaderentur; hoc est christifideles turmatim in aedes sacras ac praesertim in princeps cuiusque dioecesis templum confluxisse, vel pias contiones de celebrati Concilii praeceptis audiendi causa, vel vitae noxas sacra confessione delendi, vel sancta de altari libandi; eodemque tempore dioecesium suarum Patres et Pastores, a Concilio Oecumenico reduces, singulari prosecutos esse observantia, acceptis in vicem ad integriores mores incitamentis. Quibus ex rebus non est sane dubitandum maxima emolumenta, non modo in singulorum animos et in catholicam Ecclesiam, sed in hominum etiam societatem profecta esse.

Attamen certis quibusdam locis quae in Constitutione Apostolica, quam diximus, proponebantur, sive ob territorii amplitudinem, sive ob sacerdotum penuriam, sive alias ob causas, ad hoc tempus effecta dari, uti vehementer expetebatur, non potuerunt.

Quapropter istorum locorum Ordinarii, ne sibi commissi fideles tantorum bonorum divitiis carerent, a Nobis plane postulaverunt, ut Iubilaei extraordinarii fines, exeunte anno MDCCCLXV promulgati, in longius tempus protraherentur. Nos vero, quibus nihil est magis curae quam ut Ecclesiae filii cotidie largius in partem veniant infinitatis meritorum divini Redemptoris, utque tali ope muniti ad rectiore actionem vitae nitantur, animo libentissimo admotas preces audiendas esse censemus. Itaque de omnipotenti Dei misericordia, ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, ex illa ligandi atque solvendi potestate, quam Deus Nobis contulit, Iubilaeum extraordinarium, Constitutione Apostolica *Mirificus eventus* a Nobis indictum, a proximo die festo sacrae Pentecostes, hoc est a die undetrigesimo mensis maii huius anni, quo tempore ut exiret statutum erat, ad plenum diem octavum proximi mensis decembris, Deiparae Virgini primigenae labis experti sacrum, totius catholici orbis communis servientes prorogamus. Cuius Iubilaei, ut non immutantur propositi fines, ita privilegia, facultates, gratias non immutari iubemus; quae omnia propterea ne eos, quorum res est, fugiant, eos ad Constitutionem Apostolicam iterum iterumque commemoratam vocare possumus.

(*Sequuntur dispositiones canonicae*).

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die IIII mensis maii, anno MDCCCCCLXVI, Pontificatus Nostri tertio.

PAULUS PP. VI

**SOLLEMNIOREM REDDUNT
« PUERI CANTORES » CULTUM LITURGICUM**

Diebus 13-17 aprilis 1966, Laureti celebrata sunt « Sesta Rassegna delle Cappelle musicali » et Conventus annuus Foederationis « Pueri Cantores ».¹ Hos Coetus participantes Beatissimus Pater, die 18 eiusdem mensis, Audiencia exceptit, peculiaria verba Pueris Cantoribus dirigens.²

« Cette candeur, cette innocente joie de vivre, vous l'exprimez par vos chants: vous êtes de "petits chanteurs", et c'est encore une raison pour laquelle vous êtes bien chez vous ici: car l'Eglise aime les chants, et elle encourage ceux qui s'y adonnent. Vous avez le bonheur d'avoir rencontré sur votre chemin des maîtres compétents et dévoués qui vous ont enseigné ces belles mélodies que vous êtes venus Nous faire entendre. Remerciez-en Dieu, car il y a bien des enfants, dans le monde, qui ne chantent pas; il y a des enfants malheureux, malades, abandonnés; des enfants qui souffrent de la faim, des horreurs de la guerre, et qui n'ont pas le cœur à chanter.

Et vous, sans l'avoir mérité, vous avez été favorisés par la Providence. On vous a discernés, on vous a groupés, d'abord par nations; et puis vous êtes devenus un grand mouvement, un grand arbre qui étend ses branches au loin; et chaque année maintenant vous vous retrouvez pour un Congrès. Nous souhaitons de tout Notre cœur que votre beau mouvement continue à se développer et à se répandre de plus en plus dans le monde. Et Nous le souhaitons tout spécialement au lendemain du grand Concile œcuménique qui vient de se tenir à Rome.

Car, parmi bien d'autres questions, le Concile — on vous l'a sûrement dit — s'est occupé aussi du chant d'Eglise. Il a déclaré notamment: "Le trésor de la musique sacrée sera conservé et cultivé avec la plus grande sollicitude. Les *Scholae Cantorum* seront assidûment développées ... Aux musiciens et chanteurs, *surtout aux enfants*, on donnera aussi une authentique formation liturgique" (*Constitution sur la Sainte Liturgie*, n. 114-115).

Vous voyez, chers petits Chanteurs, que le Concile s'est occupé de vous. A votre tour de vous occuper de lui, c'est-à-dire de mettre en pratique ses directives, pour vous acquitter toujours plus digne-

¹ Relatio de Conventu « Pueri Cantores » refertur in alia parte huius fasciculi, pp. 197-198.

² *L'Osservatore Romano*, 21 aprile 1966.

ment de la belle fonction que vous êtes appelés à remplir: embellir le culte que l'Eglise rend à Dieu dans sa liturgie.

Cela suppose des efforts, du travail, de nombreuses répétitions, beaucoup de patience. Mais c'est pour Dieu que vous faites cela, et il n'y a rien de meilleur au monde que de travailler pour Dieu.

Que vos chants vous rapprochent de Lui, chers enfants, c'est tout Notre désir. Qu'ils entretiennent dans vos âmes la volonté d'être toujours dignes de Lui, la joie de Le servir et de célébrer ses louanges ».

PASTORALIS UTILITAS SERMONIS VERNACULI IN SACRAE LITURGIAE RITIBUS

Die 16 aprilis 1966, Beatissimus Pater Paulus VI, peculiari Audientia exceptip participantes Coetum Internationalem studiorum de lingua latina, quibus haec, inter alia, dixit.³

« Percommodus profecto vester fuit delectus. Ubinam locorum Latinitas maiores vires maioraque alimenta invenire potest, quam hac in Urbe, ubi Latinitas prodiit, adolevit, neque hactenus passa est senectutem et novae viriditatis spem exhibit. Inter omnes constat multis ex causis inclinatam eius esse fortunam et quodam modo eius casum timeri. Maiore fortasse impetu ea reviviscet, resurget: sol umbrarum interpositu et interiectu interdum obscuratur, at non moratur invictus regaliter refulgere.

Huius rei gratia Ecclesia pro suo munere diligentiam et operam navat et navabit. Oecumenicum Concilium Vaticanum Secundum, salutaribus quidem decretis, in sacrae liturgiae ritibus etiam vernacularum sermonum usum concessit, pastoralis utilitatis rationibus merito poscentibus. Quodsi verba cogitationes natura sua exprimunt, maxime in divini cultus actibus et in colloquiis cum Deo serendis sensum mentis sermonis delectu praepediri fas non est. Quin potius is, qui adhibetur, sermo mentis cogitatis et animi affectibus famuletur oportet, eis de-serviens sive in ore sacrorum ministrorum, sive in labiis populi invocantis nomen Domini et confitentis laudes eius. Quod quidem S. Augustini acute dicta haud minus dilucide enuntiant, quam graviter probant: “ Melius est reprehendant nos grammatici, quam non intelligent populi ” (*Enarr. in Ps. 138; P.L. 37, 1796*). “ Iesus, id est Christus Salvator. Hoc est enim latine Iesus. Nec querant grammatici quam sit latinum, sed Christiani quam verum ... ” (*Serm. 299; P.L. 38, 1371*) ».

³ *L'Osservatore Romano*, 20 aprile 1966.

Acta Consilii

EPISTOLA AD PRAESIDES COETUUM EPISCOPORUM

Die 25 ianuarii huius anni, Em.mus Card. Iacobus Lercaro, « Consilii » Praeses, misit ad Praesides Coetuum Episcoporum cuiusvis nationis epistolam, quae sequitur. Documentum ex industria reservatum est Episcopis, ut normae ibi contentae, ab ipsis opportunioribus instructionibus accommodarentur et aptarentur exigentius et necessitatibus locorum et populorum.

Nunc vero, plurimorum petitionem obsecundans, « Consilium » documentum ipsum edit, interpretatione gallica, sicut iam factum est pro eiusdem generis epistola diei 30 iunii 1965 (Notitiae, 1 [1965] 257-264).

Cité du Vatican, 25 janvier 1966

Excellence,

L'heureux développement de la réforme liturgique et du mouvement pastoral qui s'y rattache continue à influencer, de façon toujours plus profonde et bienfaisante, la vie chrétienne de nos communautés paroissiales. On peut espérer que la poursuite généreuse de cet effort, surtout s'il se fait en harmonie et sous la direction vigilante et attentive des Evêques, portera des fruits toujours plus abondants de bien et de renouvellement spirituel.

Pour assurer une marche sûre à cet apostolat liturgique, qu'il me soit permis, — et il m'est agréable de le faire, — de m'adresser à Votre Excellence pour indiquer quelques problèmes qui ont été soulevés récemment.

1. RELATIONS ENTRE LA HIÉRARCHIE ET LES CENTRES LITURGIQUES

Dans son Allocution du 10 novembre 1965 aux participants du « Congrès des traductions populaires des textes liturgiques », le Saint-Père a souligné combien il était nécessaire que les Centres et les périodiques de caractère liturgique, qui ne sont pas l'expression directe de la Conférence épiscopale ou de la Commission liturgique, aient avec les Conférences épiscopales une relation plus étroite, de telle sorte que, dans la même nation, il y ait unité dans les directives de l'action liturgique et que celles-ci viennent directement de la Hiérarchie.

« Toute la liturgie doit relever de l'autorité de la Hiérarchie (cfr. *Const. De sacra Liturgia*, art. 22, §§ 1-2; *AAS*, LVI, 1964, p. 106).

Par conséquent, les individus, les collectivités, les principaux organismes nationaux chargés des questions liturgiques et les commentaires sur le même sujet, tous doivent, dans chaque pays, dépendre pleinement de la Hiérarchie. Il revient à l'autorité compétente de préciser comment doit se réaliser cette étroite union et de prendre les décisions à cet effet. On doit donc faire tous ses efforts pour que sur ce point également il y ait entre tous unité de volonté et d'action, car unique est la fin à laquelle nous tendons, unique est le modèle de perfection qui s'offre à nous et vers lequel tendent tous nos efforts » (*AAS*, LVII, 1965, p. 969).

Pour mettre en pratique le désir du Saint-Père, les indications suivantes ont été données aux Présidents des Commissions liturgiques nationales, dans une réunion qui a eu lieu le 17 novembre 1965 au Palais de la Chancellerie Apostolique:

« *a)* Il s'agit des Centres qui exercent une activité ou un apostolat liturgique et pastoral, qui organisent des manifestations publiques, comme par exemple des semaines liturgiques, des écoles, des Instituts de liturgie.

b) Il s'agit des périodiques à caractère pastoral, et non pas des périodiques à caractère uniquement d'étude scientifique. Toutefois, c'est à l'autorité compétente qu'il appartient de juger du caractère de tel ou tel périodique.

c) C'est aussi à cette autorité qu'il appartient de juger de quelle manière des liens plus étroits seront établis, manière qui peut varier suivant les lieux ou les circonstances: par exemple, par un délégué dans la direction ou la rédaction, par un réviseur, par un directeur nommé par les Evêques, etc.

Ce qui importe, c'est que dans une même région il y ait des directives et des normes uniformes, que la direction de la liturgie soit unique et qu'elle procède des Evêques. Ceux-ci auront cependant à cœur de ne pas éteindre les forces de nature à promouvoir le renouveau liturgique; ils devront les soutenir, les protéger, les encourager à de nouvelles initiatives, afin que la sainte Liturgie soit toujours mieux comprise et participée tant par le clergé que par les fidèles ».

Ces normes seront mises en application dès maintenant, et Votre Excellence voudra bien, — le « Consilium » lui en sera extrêmement reconnaissant, — faire savoir au plus tôt de quelle manière elles l'ont été dans le territoire soumis à la Conférence que préside Votre Excellence.

2. MESSE EN LATIN

L'usage de la langue vivante dans la liturgie doit se faire non seulement dans l'esprit de la Constitution liturgique, mais aussi en tenant compte des situations concrètes locales.

Avec l'adoption de la langue vivante dans la Messe, des signes d'inquiétude se sont manifestés ici et là. Il serait bien que les Ordinaires prennent en considération l'éventuelle opportunité de conserver, dans certaines églises surtout des grandes villes ou des lieux de circulation touristique, une ou, si c'est nécessaire, plusieurs Messes en latin, à célébrer selon un horaire préfixé et annoncé, tant que dure la nécessité ou la convenance.

3. LANGUE LITURGIQUE DANS LES RÉGIONS BILINGUES

Dans le même esprit, avec les mêmes intentions pastorales, l'Ordinaire du lieu veillera dans les régions bilingues à pourvoir convenablement aux nécessités des fidèles des diverses expressions linguistiques: soit en utilisant le latin, soit en célébrant les offices, comme on le fait en plusieurs endroits, à des heures différentes pour les fidèles des diverses langues. Qu'on veille, de toutes façons, à ce que l'usage de la langue employée ne soit pas dommageable pour l'assistance religieuse et qu'il n'en résulte pas une diminution de la charité et de l'entente dans les communautés paroissiales.

4. LES CHORALES

Certains pensent peut-être qu'avec la restauration liturgique les chorales sont devenues inutiles et dépassées, qu'on peut tranquillement les supprimer. De fait, dans telle ou telle cathédrale ou collégiale, la chorale a été supprimée.

C'est une erreur totale de principe. Si l'on veut que l'assemblée liturgique soit vraiment initiée, guidée, éduquée au chant, la chorale est indispensable. Si celle-ci a sa partie propre à exécuter, ajoutant ainsi à l'office une note de solennité et de beauté pour ce qui est du chant, elle doit aussi se préoccuper de sa fonction directrice en vue de la participation des fidèles au chant, les guidant et les soutenant dans les parties qui leur sont propres.

5. CARACTÈRE SACRÉ DE LA MUSIQUE D'ÉGLISE

Il est nécessaire de plus que demeurent intacts le caractère sacré et la beauté qui caractérisent la musique d'église, tant pour le chant que pour les instruments. Tout ce qui sent le profane doit être proscrit du sanctuaire. Par exemple, la musique de *jazz* ne peut pas faire partie aujourd'hui d'un répertoire de musique à exécuter dans les offices du culte.

Ainsi, tout en tenant compte des mentalités, des cultures, des traditions diverses des peuples, certains instruments d'usage purement profane ne peuvent entrer dans l'église. L'Eglise a d'immenses possibilités pour une action profonde, efficace, élevante, sans devoir pour cela recourir à des moyens plutôt douteux ou même reconnus d'un consentement général comme nuisibles.

6. AUTEL FACE AU PEUPLE ET TABERNACLE

J'en ai déjà parlé dans une Lettre du 30 juin 1965, mais qu'il me soit permis de revenir brièvement sur ce sujet.

Il est certain que l'autel face au peuple rend plus vraie et plus communautaire la célébration eucharistique et facilite la participation. Mais, même ici, il est nécessaire que la prudence guide le renouveau.

D'abord, pour une liturgie vivante et participée, il n'est pas nécessaire que l'autel soit face au peuple. Toute la liturgie de la Parole, dans la Messe, se célèbre au siège ou à l'ambon, et donc face au peuple; pour la liturgie eucharistique, les installations de microphones, désormais courantes, aident suffisamment à la participation.

De plus, il faut tenir compte de la situation architecturale et artistique, laquelle, en bien des pays, est d'ailleurs protégée par de sévères lois civiles.

Et qu'on n'oublie pas que bien d'autres facteurs, tant de la part du célébrant que des ministres et de l'ambiance, doivent jouer leur rôle pour une célébration vraiment digne.

D'autre part, les autels provisoires, construits en avant de l'autel majeur en vue de la célébration face au peuple, devraient petit-à-petit disparaître pour laisser place à une organisation fixe convenable du sanctuaire.

Dans les arrangements nécessaires des autels où l'on célèbre habituellement la Messe les dimanches et les jours de fête, qu'on ait un

soin particulier à placer le tabernacle dans un lieu tout-à-fait digne, selon les indications et les règles déjà données par ce « Consilium ». Si l'on juge opportun de le placer hors de l'autel, qu'on se souvienne que toute décision relève de l'Ordinaire du lieu, lequel devra juger pour chaque cas (« *in casibus peculiaribus* »: *Instruction*, n. 95) si les conditions requises pour telle solution sont remplies. Il est donc exclu qu'une telle décision puisse être laissée soit aux Commissions liturgiques diocésaines ou nationales, soit, encore moins, à chaque prêtre.

7. SERVICE DES FEMMES À L'AUTEL

Enfin il s'est trouvé que tel ou tel, se référant à l'un ou l'autre article de la Constitution interprété arbitrairement, ait cru licite d'admettre des fillettes, des jeunes filles ou des femmes à servir à l'autel pour les saintes fonctions.

Jusqu'où peut aller le *munus liturgicum* des femmes, dont le baptême leur donne droit et devoir (*Constitution*, art. 14), ce sera à étudier de près; mais que dans l'organisation actuelle de la liturgie, les femmes n'aient pas à remplir un *ministerium* autour de l'autel, cela est certain; car le *ministerium* dépend de la volonté de l'Eglise, et l'Eglise catholique n'a en fait jamais confié le *ministerium* liturgique à des femmes.

En conséquence, toute innovation arbitraire en ce domaine sera considérée comme une infraction grave à la discipline ecclésiastique et devra être éliminée avec fermeté.

* * *

Ces indications, Votre Excellence *voudra bien les communiquer aux Evêques de sa Conférence*: elles ont pour but de donner des normes pour que Votre Conférence et chacun des Evêques formulent et communiquent des directives concrètes tant aux Commissions liturgiques qu'au clergé de chaque diocèse.

J'aime Vous exprimer mes remerciements fraternels et sincères pour tout ce que Vous voudrez faire en vue de faire connaître et mettre en œuvre les présentes directives, et de tout cœur je Vous prie de me croire, Excellence Révérendisme, votre entièrement dévoué en Notre Seigneur.

GIACOMO Card. LERCARO
Président

Imagines huius fasciculi

Ostendere volunt qua ratione ecclesiae recentiores, in quibus nempe peculiares exigentiae non exstant de servando thesauro artistico saeculorum praeteritorum aptari possunt novis liturgiae pastoralis necessitatibus.

[1-2] Roma, ecclesia Pont. Collegii Americae Septentrionalis super collem Ianiculensem. — Notetur apta et artistica dispositio omnium elementorum, simplicitas et nobilitas altaris, ambonis, sedis celebrantis.

Retabulum veteris altaris constituit quasi thronum tabernaculi et cum novo altari unum quid facit, harmonicum et decorum. Sive altare sacrificii, sive tabernaculum centrum et cor sunt ecclesiae, et, sensu pleniore spirituali, pietatis alumnorum. Novum altare versus populum unica constituitur massiva petra ex marmore. Motiva ornamentalia aenea inaurata candelabrum reiterantur in ambone, ad pedes altaris et ad sedilia.

(Rector: Exc.mus Francis F. Reh; Architectus: Comes Dr. Enrico Galazzi).

[2-3] Grottaferrata (dioecesis Tusculana, prov. Roma): ecclesia paroecialis S. Ioseph. — *Altare, ambo, sedes, columnae tabernaculi, cerei paschalis et ad sustentandam lampadem unica constituuntur petra granitica. In medio absidis super columna satis alta et ponderosa, quae parvo baldachino terminat, quasi gemma in scrinio, ponitur tabernaculum, luce perbelle posita circumfusum. Positio tabernaculi in loco sat elevato at in harmonia cum ceteris elementis, hoc habet commodum, ut cum celebrans stat ad altare, tabernaculum a fidelibus ex quavis parte ecclesiae optime perspicitur. Quoad usum nulla est difficultas cum, tribus gradibus sat bene absconditis, de facili tabernaculum adiri possit.*

Cum datur benedictio cum pixide, porta tabernaculi fit basis pixidis; pro benedictione sollempni, ostensorium ponitur super altare. Ambo ex utraque parte legile habet: facies versus populum de more sustentat perpulchram editionem Bibliorum sacrorum, ita ut quivis fidelis, per diem, libere aliquid ex sacris Paginis legere possit. Unica magna crux in medio absidis perbelle totum coetum liturgicum dominatur.

(Parochus: Rev. R. De Angelis; Architectus: S. Checca).

SUMMARIUM DECRETORUM
QUIBUS DELIBERATIONES COETUUM
EPISCOPORUM CONFIRMANTUR

(a die 15 ad diem 30 apr. 1966)

EUROPA

Anglia-Cambria

- I. Documenta: 29 apr. 1966 (Prot. n. 1225/66).
- II. Interpretationes populares adhibendae:
2. RITUALIA: Textus ritus benedictionis eucharisticae.

Austria

- I. Documenta: 23 apr. 1966 (Prot. n. 1207/66).
- IV. Interpretationes populares adhibendae:
2. RITUALIA: Textus ritus Confirmationis et admonitionum in sacris Ordinibus conferendis, a Coetu Episcoporum propositi.

Hispania

- V. Decreta particularia:
13. Flaviobrigensis (22 apr. 1966, Prot. n. 1194/66): confirmatur interpretatio vizcaino praefationum, ab Ordinario proposita.

Italia

37. Theatinae et Vastensis (27 apr. 1966, Prot. n. 2114/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum archidioeceseos.

ASIA

Philippinae Insulae

I. Documenta: 21 apr. 1966 (Prot. n. 1119/66).

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA:

lingua bacol: Textus Ordinarii Missae quae in libro *Ang Santos Nga Sacrificio Sang Misa* invenitur.

Vietnam

V. Decreta particularia:

1. Dalatensis (30 apr. 1966, Prot. n. 1226/66): confirmatur interpretatio linguis churu et koho Ordinarii Missae, ritus aspersionis aquae benedictae et benedictionis pontificalis; interpretatio lingua koho-lat Missalis romani pro dominicis et festis et pro diebus feriilibus Quadragesimae, a « Centre Montagnard » (1963 et 1965) editi, necnon ritus exsequiarum et Missae defunctorum.

AFRICA

Africa Occidentalis

V. Decreta particularia:

5. Nzerekoreënsis in Guinea (30 apr. 1966, Prot. n. 1230/66): confirmatur interpretatio lingua guerzé praefationum Missae.
6. Maliae (21 apr. 1966, Prot. n. 1114/66): confirmatur interpretatio lingua dogon Proprii Missarum a dom. I Adventus ad dom. Pentecostes; Ordinarii Missae et Proprii Missarum pro diebus dominicis et festis, lingua minyanka.
7. Voltae Superioris (21 apr. 1966, Prot. n. 1779/66): confirmatur textus ritus Ordinationis presbyterorum lingua more.

Gana

V. Decreta particularia:

1. Kumasiensis (18 apr. 1966): confirmatur textus Ordinarii Missae lingua asante.

Nigeria

I. Documenta: 20 apr. 1966 (Prot. n. 1116/66).

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA:

lingua igbo: Ordinarium Missae a Coetu Episcoporum propositum.

Tanzania

I. Documenta: 22 apr. 1966 (Prot. n. 1188/66).

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA:

lingua swahili: Textus orationum sollempnium feriae VI Hebdomadae Sanctae, Missarum Martyrum Uganda, et pro fidei propagatione.

Uganda

V. Decreta particularia:

5. Aruaensis (18 apr. 1966, Prot. n. 1117/66): confirmatur interpretatio lingua alur Ordinarii Missae.

AMERICA

Uruquaria

I. Documenta: 22 apr. 1966 (Prot. n. 1195/66).

III. Partes quae lingua vernacula proferri possunt:

1. IN MISSA: praefatio.

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA: Textus praefationum a Commissione mixta pro regionibus linguae hispanicae apparatus.

OCEANIA

Tonga et Niue Insulae

I. Documenta: 22 apr. 1966 (Prot. n. 1889/66).

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA:

lingua tonga: Proprium Missae S. Petri Chanel.

SUMMARIUM DECRETORUM
QUIBUS CONFIRMANTUR INTERPRETATIONES POPULARES
PROPRIORUM RELIGIOSORUM

(a die 1 ad 15 apr. 1966)

Ordo Canonicorum Regularium S. Augustini

1. Die 19 aprilis 1966 (Prot. n. 1105/66): confirmatur interpretatio anglica, neerlandica, polonica Proprietatis Missarum Congregationis SS. Salvatoris Lateranensis.

Religiosae Dominicanae**AUSTRALIA**

2. Die 18 apr. 1966 (Prot. n. 1118/66): confirmatur interpretatio anglica ritus primae professionis.

Societas Puellarum a Caritate**ITALIA***(Canoriæ)*

1. Die 20 apr. 1966 (Prot. n. 1176/66): confirmatur interpretatio italica orationum propriarum Missae B. Magdalene a Canossa.

Societas Ss. Cordis Iesu**GALLIA-GERMANIA**

1. Die 19 apr. 1966 (Prot. n. 1080/66): confirmatur interpretatio galica et germanica Missae S. Magdalene Sophiae Barat.

Societas Mariae Reparaticis**ITALIA**

1. Die 2 apr. 1966 (Prot. n. 938/66): confirmatur interpretatio italica Missae et Officii in honorem B.M.V. Reparaticis.

Institutum Saec. Missioniarum Regalitatis D.N.I.C.**IAPONIA**

3. Die 2 apr. 1966 (Prot. n. 990/66): confirmatur interpretatio iaponica Ritualis Instituti.

**Opus vulgo « Piccola Casa della Divina Provvidenza »
a S. Iosepho Benedicto Cottolengo****ITALIA**

1. Die 4 apr. 1966 (Prot. n. 1054/66): confirmatur interpretatio italica Missae S. Iosephi Benedicti Cottolengo.

ORDO LECTIONUM PER FERIAS

I

In *Notitiae* 2 (1966) 6-7, praesentatus est Ordo lectionum per ferias a Conferentia Episcoporum Germaniae apparatus et a « Consilio » *ad experimentum* confirmatus.

Nonnullae aliae Conferentiae hunc Ordinem adoptaverunt, et iisdem condicionibus *ad experimentum* adhibendum obtinuerunt.

His ultimis temporibus:

Anglia-Cambria, die 12 martii 1966 (Prot. n. 838/66).

Jugoslavia-Slovenia, die 22 febr. 1966 (Prot. n. 684/66).

Luxemburgum, die 22 febr. 1966 (Prot. n. 671/66).

De hoc ordine edita sunt:

lingua italica:

Letture per il tempo pasquale. Editus a Commissione liturgica Luganensi (Cf. *Notitiae* 2 [1966] 76).

lingua germanica:

Perikopenbuch für die Messfeier an Wochentagen. Band II. Von Ostern bis zum Dreifaltigkeitfest. Benziger - Herder - St. Peter (Salzburg), 1966, 18 × 26,5 cm., 100 pp. Editus est cura Commissionum Liturgicarum Episcoporum Austriae, Germaniae et Helvetiae (pro lingua germanica).

II

Conferentia autem Episcoporum Galliae proprium Ordinem parare sategit qui a « Consilio » approbatus est *ad experimentum* (die 20 aprilis 1966, Prot. n. 1197/66), iisdem normis ac Ordo germanicus.

Lectiones huius Ordinis publici iuris fiunt fasciculis « hors commerce » a « Centre National de Pastorale liturgique » (11, rue Perronet - Neuilly-sur-Seine) editis. Hucusque habetur: *Lectures pour les Messes de semaine* (*ad experimentum*). I. *Temps Pascal*. 15,5 × 20,5 cm., 80 pp.

P. A.-M. Roguet, O. P., qui coetui ad hunc Ordinem apparandum praefuit, eius structuram et conspectum generalem illustrat.

Plan d'Ensemble du Lectionnaire Férial Français

I - OPTIONS FONDAMENTALES

1. Ce Lectionnaire est fondé sur la *lecture continue*. On a estimé que cette façon de lire la Sainte Ecriture à la suite est ce qui peut le mieux initier les fidèles aux grandes lignes de l'Economie du Salut comme à la langue et à la mentalité bibliques, en les faisant demeurer quelque temps dans le contexte d'un même livre.

De ce fait, il était impossible de rechercher une correspondance entre les deux lectures du même jour.

D'autre part on a exclu volontairement les lectures déjà employées au Lectionnaire pour le cycle du Temps (sauf pour quelques lectures reprises aux fêtes de Carême et la poursuite de l'Evangile selon saint Jean pour le Temps Pascal).

2. La *première lecture* est choisie tantôt dans l'Ancien Testament, tantôt dans le Nouveau, qui alternent toutes les deux ou trois semaines.

Pour l'Ancien Testament, dont une petite partie seulement pouvait être utilisée, on n'a pas cherché à faire une anthologie des plus beaux textes, mais à initier de préférence à la lecture de la *Loi et des Prophètes*. On a donc laissé de côté Judith, Esther, Tobie, Ruth, le Cantique des Cantiques, Néhémie, Esdras, Maccabées, etc.

3. En ce qui concerne la *durée* des lectures, on a visé à la brièveté. Cependant, celle-ci ne se mesure pas au chronomètre. Certains récits de l'Ancien Testament et des Actes, matériellement longs, en dépit de quelques coupures, soutiennent l'attention grâce à leur contenu concret et mouvementé.

Certains textes des évangiles et des épîtres sont extrêmement brefs, en raison de leur plénitude spirituelle. Prolongés, ils fatiguerait l'attention par leur caractère complexe, voire composite.

4. Pour les *évangiles* on a veillé à n'omettre aucun des textes propres à un seul évangéliste. Mais on n'a pas crain de donner aussi les parallèles, en les limitant, autant que possible, à deux pour le même événement ou la même parabole.

5. Les *chants intercalaires* sont choisis en liaison avec l'une des deux lectures, le plus souvent la première, surtout lorsque le psaume lui-même est cité dans la lecture en question.

II - RÉPARTITION SELON LES TEMPS LITURGIQUES

1. AVENT

La première lecture constitue une lecture continue d'Isaïe, coupée les mercredi et vendredi par les grandes prophéties messianiques.

L'évangile assure la lecture continue de Luc 1-2, et rassemble tous les passages importants concernant saint Jean Baptiste.

2. TEMPS DE NOËL - EPIPHANIE

L'épître permet la lecture continue de la première épître de saint Jean. Les *évangiles* reprennent certains épisodes de l'Enfance, donnent le contexte du baptême du Christ et quelques miracles considérés traditionnellement comme des « épiphanies » de la divinité de Jésus.

3. DU 1^{ER} DIMANCHE APRÈS L'ÉPIPHANIE AU MARDI DE LA QUINQUAGÉSIME

Epîtres

- 1^{ère} semaine: Hébreux
- 2^e et 3^e semaines: Romains
- 4^e semaine: Jacques
- 5^e semaine: 1^{ère} épître de Pierre
- 6^e semaine: Pastorales
- Septuagésime etc.: Semaines des Patriarches.

Evangiles

- 1^e, 2^e semaines et début de la 3^e: Mt 4, 23 - 8, 22
- fin de la 3^e semaine, 4^e, 5^e, 6^e: Mc 4, 1 - 6, 13
- Septuagésime, etc.: Lc 6, 20 - 11, 13.

4. TEMPS PASCAL

Selon la tradition, lecture continue des Actes et de Jn, dont l'atmosphère pascale est évidente.

5. TEMPS APRÈS LA PENTECÔTE

Epîtres

- 1^e, 2^e, 3^e semaines: *Moïse*.
- 4^e, 5^e semaines: 1 Corinthiens.
- 6^e, 7^e, 8^e semaines: *David*.
- 9^e semaine: 2 Corinthiens.

- 10^e, 11^e, 12^e semaines: *Livres des Rois: Salomon, le Schisme.*
 13^e semaines: Galates.
 14^e et 15^e semaines: *Petits prophètes.*
 16^e semaine: Ephésiens.
 17^e et 18^e semaines: *Jérémie.*
 19^e semaine: Philippiens et Philémon.
 20^e semaine: *Ezéchiel.*
 21^e semaine: *Ezéchiel et Baruch.*
 22^e semaine: *Daniel.*
 23^e semaine: Colossiens.
 24^e semaine: *Proverbes et Ecclésiaste.*
 25^e semaine: *Job.*
 26^e semaine: *Sagesse et Ecclésiastique.*

Evangiles: La 1^e et la 2^e semaines rassemblent des textes se rapportant à l'Eucharistie et au Mystère Pascal, en liaison avec les fêtes du Saint-Sacrement et du Sacré-Cœur, texte importants qui ne seraient jamais lus autrement.

- 3^e à 9^e semaines: Lecture continue Mt 9, 14 - 23, 28
 10^e à 13^e semaines: Lecture continue Mc 6, 30 - 12, 44
 14^e à 22^e semaines: Lecture continue Lc 6, 1 - 21, 4.

La 22^e semaine est complétée par trois péricopes johanniques inemployées autrement.

6. SEMAINES ESCHATOLOGIQUES

Ce sont les deux dernières semaines précédant l'Avent.

La 1^e lecture est tirée des prophètes (3 lectures), de 1 Thes et 1^a Petri (1 lecture chacune) et de l'Apocalypse (7 lectures).

Les évangiles sur les derniers temps sont pris au discours eschatologique chez les synoptiques. On rétablit ainsi le contexte des évangiles du Missel Romain pour le dernier dimanche après la Pentecôte et le 1^{er} dimanche de l'Avent.

IN NOSTRA FAMILIA

LAETA

Rev.mus Can. Ioannes Rabau, Consultor « Consilii », nominatus est parochus « Notre Dame du Sacré-Cœur », in civitate Etterbeek.

TRISTIA

Die 9 maii 1966 ad caelestem Patriam peragravit Exc.mus DD. Gulielmus Marinus Bekkers, Episcopus Buscoducensis in Hollandia, qui fuit Membrum Consilii.

Sacra Congregatio Rituum

DECRETUM

DE EDITIONIBUS LIBRORUM LITURGICORUM¹

Cum, nostra aetate, novae librorum liturgicorum editiones, praesertim cum textu populari, ubique fere parentur, opportunum videtur sequentes praebere normas, quibus in tuto ponatur dignitas et decus librorum liturgicorum, ita ut, iuxta pervetustam Ecclesiae traditionem, cultui divino perfectiora ingenii humani opera offerantur, et exinde fideles ad debitam sacrarum rerum venerationem excitentur.

1. Librorum liturgicorum, unum textum latinum referentium, ea dicitur « editio typica », quae Typis Polyglottis Vaticanis ex decreto S. Rituum Congregationis edita fuerit.

Librorum vero liturgicorum editio, quibus popularis interpretatio, aut cum textu latino vel sola continetur, pariter dicitur « editio typica » quae, cura Coetus Episcoporum, in qualibet Natione evulgatur. Decretum autem quo huiusmodi editio « typica » declaratur, datur a Praeside Coetus Episcoporum aut, de eius mandato, a Praeside Commissionis liturgicae nationalis. In eodem decreto mentio fiat de confirmatione textus ab Apostolica Sede concessa.

2. Ad ius quod attinet editiones « iuxta typicam » apparandi:

a) id ad libros excudendos, qui unum textum latinum referunt, iis reservatur Editoribus, qui diplomate Pontificio gaudent;

b) ad libros vero edendos, qui simul textum latinum et popularem, aut unum textum popularem continent, idem ius a Coetu Episcoporum cuiusque Nationis iis Editoribus, quos ipse Coetus maluerit, tribui potest.

¹ A.A.S. 58 (1966) 169-171.

3. Praestat ut in qualibet Natione Coetus Episcoporum, ratione habita tum praescriptorum legis civilis tum consuetudinum in Natione vigentium pro libris edendis, statuat quinam sint Editores, quibus munus committatur edendi libros cum textu populari, usui liturgico destinandos.

4. Librorum, qui usui liturgico destinantur, mensura, ornatus et universa imprimendi ratio ea sint, quae in decorum et reverentiam, libris liturgicis debita, cedant.

5. Editiones Missalis et Breviarii, quae usui liturgico inserunt, et interpretationem popularem exhibent, ad normam nn. 57 et 98 Instructionis huius S. R. C. diei 26 sept. 1964, textum quoque latinum contineant oportet.

Eadem norma servetur ad Pontificalis romani editiones quod attinet.

6. Popularis interpretatio textui latino apponatur iis tantum partibus, quae, ex decreto Coetus Episcoporum, lingua vernacula proferri possunt.

7. Breves admonitiones, a sacerdote vel competenti ministro dicendae (cf. *Const. de sacra Liturgia*, art. 35, 3), quae aliquando nonnullis partibus sacrorum rituum opportune praemittuntur, bene a textu liturgico distinguantur.

8. Ut Editor ad libros usui liturgico destinatos imprimendos procedere possit, debet:

a) si agitur de libris unum textum latinum praebentibus, singulis vicibus licentiam obtinere ab hac S. Rituum Congregatione, simulque cum Administratione Bonorum S. Sedis conventionem inire de condicionibus ad publicam horum librorum divulgationem spectantibus;

b) si agitur de libris textum latinum simul cum textu populari, aut unum textum popularem, referentibus, licentiam obtinere a Praeside Coetus Episcoporum, simulque cum eo de condicionibus pro publica horum librorum divulgatione conventionem inire, tum pro parte quae ad Administrationem Bonorum

S. Sedis, pro textu latino, spectat, tum pro parte quae ad ipsum Coetum Episcoporum, pro textu populari, pertinet.

9. Concordantia cum editione typica, tum pro textu latino tum pro textu populari, ab Ordinario loci, iuxta can. 1390 C. I. C., concedenda, ne subscribatur nisi post diligentem atque accuratam revisionem.

10. Normae huius decreti, salvis iis quae n. 5 dicuntur, respi-
cient editiones usui liturgico destinatas Breviarii romani, Mis-
salis romani, Ritualis romani, Pontificalis romani, Martyrologii
romani et Caeremonialis Episcoporum necnon libros cantus gre-
goriani, sive de integro libro, sive de eius tantum parte agatur.

11. Ut autem centrum habeatur, apud quod possibile sit ple-
nam seriem invenire omnium textuum liturgicorum, qui in uni-
verso orbe usu veniunt, E.mi Coetum Episcoporum Praesides:

a) Consilio ad exsequendam Constitutionem de sacra Li-
turgia significant nomina Editorum, quibus munus commissum
fuerit liturgicas editiones apparandi;

b) curent autem ut editionum liturgicarum, quae in eorum
dicione evulgantur, duo exemplaria ad Secretariam eiusdem Con-
sili imittantur.

Praesens Decretum, a S. Rituum Congregatione et a Consilio
ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia paratum, Sum-
mus Pontifex in Audientia die 27 ianuarii 1966 E.mo Card. Ar-
cadio M. Larraona, S. R. C. Praefecto, concessa, approbavit et
auctoritate Sua confirmavit et publici iuri fieri iussit, ab iis ad
quos spectat fideliter servandum.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Romae, die 27 ianuarii 1966.

IACOBUS Card. LERCARO
Archiepiscopus Bononiensis
Praeses Consilii ad exsequendam
Constitutionem de sacra Liturgia

ARCADIUS M. Card. LARRAONA
S. R. C. Praefectus

Ferdinandus Antonelli
S. R. C. a Secretis

COMMENTARIUM

Ius usque adhuc vigens ad librorum liturgicorum editiones quod attinet, in rerum condicione ante Concilium exstante innixum, iuxta quam libri liturgici (Ritualibus particularibus exceptis) unice lingua latina exarati habebantur, regebatur Decreto SRC diei 10 augusti 1946, in mentem revocato per Epistolam eiusdem SRC diei 23 novembris 1955 ad locorum Ordinarios directam.

Normae in praelaudato Decreto exstantes hae sunt:

« 1. Uni dumtaxat Typographiae Vaticanae, ceteris exclusis, libros liturgicos typis excudendi ius esto.

2. Quilibet typographus, sive pontificio diplomate gaudeat, sive non, toties a S. Rituum Congregatione licentiam obtinere debet, quoties hos libros edere velit.

3. Administrationis Bonorum S. Sedis est pro publica horum librorum divulgatione singulis vicibus condiciones ferre.

4. Concordantia cum editione Vaticana ab Ordinario, iuxta can. 1390 Cod. Iuris Canonici, concedenda, ne subscribatur ab ipsis nisi post diligentem atque accuratam viri in re liturgica periti revisionem.

5. Ad huius Decreti effectum, hi qui sequuntur liturgici accentuantur libri:

Breviarium Romanum - Missale Romanum - Rituale Romanum - Pontificale Romanum - Martyrologium Romanum - Caeremoniale Episcoporum - Memoriale Rituum - Octavarium Romanum - Collectio decretorum S. Rituum Congregationis ».

Prouti e textu allato appetet, cura eo tendit ut, selectis et probatis quibusdam solummodo Editoribus ius tribuens libros liturgicos edendi, eorum in tuto poneretur dignitas, ornatus, convenientia. Et revera, praesertim ultimis hisce decenniis dignitas et honor librorum liturgicorum una cum progressu artis technique succrevit. Neque incommoda graviora inventa sunt ius eosdem libros edendi ad aliquos tantummodo Editores coarctando: immo unitas linguae facilius reddet et etiam

sub aspectu practico laevius, munus editiones apparandi quae ubique terrarum adhiberi possent.


Nunc autem, nova disciplina per Concilium invecta ad linguam liturgicam quod attinet, necesse fuit ut et has normas novae rerum condicioni aptari. Etenim, auctoritas competens ad textus liturgicos non amplius unice apud Apostolicam Sedem est, sed ab Auctoritatibus territorialibus, Coetibus nempe Episcoporum localium, participatur: iis enim competit textus liturgicos in linguis vernacularis vertere et approbare; consequens ergo est ut competit etiam eosdem evulgare. Quod certe fieri nequit nisi in ambitu ipsius linguae vulgaris quae adhibetur, et proinde nisi ab Editoribus qui singulis in regionibus artem typographicam exercent.

Fundamento ergo exposito quo novum Decretum innititur, breviter ea quae in ipso continentur percurramus.

1. *Notio «editionis typicae».* — Sensu in iure liturgico tradito ea dicitur editio typica quae, ad textum quod attinet, «exemplaris» est, scilicet quae praebet textum omnino authenticum, qui in ceteris editionibus assumi debet. Cura proinde huiusmodi editionem apparandi penes auctoritatem est cui incumbit et textum authenticum statuendi.

Usque adhuc et in posterum quoque, ad textum latinum quod spectat, ius editiones typicas apparandi est penes S. Rituum Congregationem, quae de valore editionis per suum decretum testatur; ad textus autem populares quod attinet idem ius est penes Coetum Episcoporum cuiusque Nationis et testimonium de valore editionis datur per decretum Praesidis ipsius Coetus Episcoporum aut, de eius mandato, decreto Praesidis Commissionis liturgicae nationalis. Decretum autem quo editio aliqua textus vulgaris typica declaratur mentionem faciat oportet tum approbationis a competenti auctoritate territoriali datae, tum confirmationis ex parte Apostolicae Sedis.

2. *De ratione procedendi ad alias editiones «iuxta typicam».* — Textu authentico in editione typica statuto et evulgato, ad faciliorem reddendam ipsius textus diffusionem eiusque usum, facultas praevideatur ut etiam aliae editiones fiant, quae «iuxta typicam» vocantur, idest quae textum in typica expressum referunt, etsi aliquas accommodations prae se ferre possunt in ipso textu ordinando, in his quae eius integritatem non tangunt, quaeque proinde magis rationem imprimendi et materialem dispositionem respiciunt ad commoditatem utentis obtinendam.





a) Quisnam possit eiusdem editiones apparare, quibusdam condicionibus servatis, de quibus infra, clare edicitur, nempe:

— ad editiones quod spectat unum textum latinum referentes, ius reservatur, sicuti usque adhuc moris fuit, editoribus qui diplomate Pontificio gaudent;

— ad editiones vero quod attinet textum popularem, aut solum aut cum textu latino referentes, ius tribendum erit a Coetu Episcoporum iis Editoribus, quos ipse Coetus maluerit. Habetur hoc in altero casu ampliatio quae respondet ampliationi de potestate evulgandi editiones typicas textuum liturgicorum. Editores autem seligendi erunt « ratione habita tum praescriptorum legis civilis tum consuetudinum in Natione vigentium pro libris edendis », idest servatis iis legibus et consuetudinibus quae singulis in regionibus vigent etiam in campo civili ita ut editiones liturgicae opportune protegantur, et eodem tempore nulla iniuria cuiusquam fiat.

b) Electio editorum ea insuper condizione adstringitur ut editor ipse capax sit apparandi editiones quae, omni sub respectu, congruant cum traditione in Ecclesia habitualiter servata, nempe quod « librorum, qui usui liturgico destinantur, mensura, ornatus et universa imprimendi ratio ea sint quae in decorem et reverentiam libris liturgicis debita, cedant ». Quod significatur etiam per ea verba in introductione Decreti allata, mentem nempe esse Ecclesiae ut « iuxta perpetuam Ecclesiae traditionem, cultui divino perfectiora ingenii humani opera offerantur, et exinde fideles ad debitam sacrarum rerum venerationem excitentur ».

c) Condiciones, quae praerequiruntur ut editor ad libros usui liturgico destinatos imprimendos procedere possit, attingunt sive licentiam obtinendam a competenti auctoritate sive conventionem ad partem oeconomicam spectantem, et quidem diversae prout agitur de libro cum textu latino tantum aut cum textu latino et populari simul.

Primo in casu, licentia obtineri debet a S. Rituum Congregatione, ab eo nempe Ente Apostolicae Sedis quod de textibus liturgicis curat; conventio autem de condicionibus oeconomicis ineunda erit cum Administratione Bonorum Sanctae Sedis. Et hoc *singulis vicibus*: condiciones enim ad huiusmodi licentiam concedendam variare possunt, et insuper expedit ut textuum liturgicorum cura maxima habeatur, necessarias variationes, si quae sint facienda, tempestive indicando.

Altero autem in casu, universa res tractanda erit cum Praeside

Coetus Episcoporum, cui insuper committitur, ad res expeditiores redendas, ut curet etiam de parte ad Administrationem Bonorum Sanctae Sedis spectante pro textu libri liturgici sive latine reproducatur sive lingua vernacula tantum praebeatur.

3. *De ipsa editione ordinanda.* — De hac quaestione, pro libris unum textum latinum referentibus, nihil habetur, si ea excipias quae attestantionem de concordantia cum editione typica respiciunt. Difficultates ceterum aut dubia moveri non possunt.

E contra, novum quid habetur ad editiones bilingues quod attinet, et pro hoc parte tria statuuntur:

a) Prius in mentem revocatur norma iam data per Instructio-
nem S.R.C. die 26 sept. 1964 (nn. 57 et 89), iuxta quam editiones
tum Missalis tum Breviarii usui liturgico destinatae et textum popu-
larem praebentes etiam textum latinum referre debent. Quod quidem,
hoc decreto extenditur etiam ad editiones Pontificalis romani.

Ceteri libri liturgici ergo, praesertim vero Ritualia, unice lingua
vernacula, tum ad textus tum ad rubricas quod spectat, imprimi po-
terunt.

b) Interpretatio autem popularis in huiusmodi editionibus bi-
linguis apponenda est textui latino iis tantum in partibus quae,
iuxta decreta competentis auctoritatis territorialis, lingua vernacula
proferri possunt. Sunt enim, quibusdam in actionibus liturgicis, partes
quae lingua latina adhuc proferri debent: v. gr. in Missa Canon et
omnia quae a solo sacerdote secreto dicuntur; in Ordinationibus
preces consecratoria. Hae partes unice lingua latina imprimi debent,
nulla apposita interpretatione populari. Clarius hac ratione patebit
primo ictu oculi ipsi sacerdoti aut ministro quid possit lingua vernacula
proferre, quid debeat lingua latina dicere. Ceterum haec norma iam
statuta erat pro editionibus Ritualium bilinguium in concessionibus
ab Apostolica Sede usque ad Concilium factis.

c) Clare insuper constare debet de diversitate inter textum
authenticum libri liturgici, formulas nempe et rubricas officiales in
editione typica latina exstantes, et monitiones a sacerdote vel compe-
tenti ministro proferendas, quas forsitan Coetus Episcoporum in ipsum
librum liturgicum introducere, saltem ad modum exempli, opportu-
num iudicaverit. Quod obtineri poterit variis modis, opportunioribus
mediis typographicis adhibitis.

d) De concordantiae testimonio editionis iuxta typicam cum editione typica, subsignando ab Ordinario loci in quo ipsa editio imprimitur, ea in mentem revocantur, quae statuit can. 1390 C.I.C., nempe dandum esse solummodo « post diligentem atque accuratam revisionem ». Quod valet tum pro libris unum textum latinum præbentibus, tum pro libris textum popularem, solum aut cum textu latino, referentibus.

4. *Extensio legis.* — Campus ad quem praesens Decretum extendit, omnes libros liturgicos, singulasque eorum partes, attingit, idest Breviarium, Missale, Rituale, Pontificale, Martyrologium, Caeremoniale Episcoporum, et insuper libros cantus gregoriani, nempe Antiphonale et Graduale.

Quivis ergo editor qui unum alterumve ex his libris, aut eorum partes imprimere cupiat, tenetur omnia servare quae respiciunt licentiam prius obtainendam et conventiones oeconomicas ineundas, insertionem textus latini apud interpretationem popularem quando requiritur, distinctionem inter textum authenticum libri liturgici et monitiones ab auctoritate territoriali inductas, praesentationem editionis apparatae Ordinario loci ad testimonium de concordantia cum editione typica obtainendum.

Bene animadvertisendum est haec omnia esse servanda non tantum quando agitur de integro libro edendo, sed etiam de eius parte, seu de « extractibus » quae vocantur, si ad usum liturgicum destinantur.

5. *De colligendis editionibus librorum liturgicorum.* — Mos usque adhuc vigens erat ut de singulis editionibus liturgicis latinis, duo exemplaria S. Rituum Congregationi mitterentur in eius tabulario servanda. Eadem norma datur nunc pro libris liturgicis qui populares interpretationes referunt: cum autem pro hac parte competens sit ad easdem interpretationes confirmandas Consilium ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia, exemplaria huiusmodi editionum ad ipsum erunt transmittenda. Insper Praesides Coetuum Episcoporum significare eidem Consilio tenentur nomina editorum, quibus ius datum est libros ad usum liturgicum imprimendi. Ratio harum normarum clare indicatur in ipso Decreto: « ut centrum habeatur, apud quod possibile sit plenam seriem invenire omnium textuum liturgicorum, qui in universo orbe usu veniunt ».

Conclusio. — Praesenti Decreto S.R.C. non datur nova lex ad edendos libros usui liturgico destinatos. Aptatur tantummodo lex usque

adhuc vigens, attentis novis rerum condicionibus per disciplinam de usu linguae vernaculae a Concilio inductis. Nihil tamen in hoc Decreto statuitur de aliis editionibus textuum liturgicorum in usum fidelium, quae aliis normis regi debent. Est ergo gressus in linea praecedenti, qui testimonium praebet de cura, quam Ecclesia impendit ut ea quae cultui divino destinantur revera inter nobiliora ingenii humani opera seligantur, ad maiorem honorem etiam per rerum externarum decorum Deo tribuendum, et ad pietatem fidelium his quoque mediis exigitandam.

FESTUM S. IOSEPH ANNO 1967

URBIS ET ORBIS

Cum proximo anno 1967 festum S. Ioseph, Sponsi B. Mariae Virginis, Conf. et Ecclesiae universae Patroni, ob occurrentiam Dominicanae II Passionis seu « in palmis » transferendum esset, ad rubricarum normam a die 19 martii in diem 3 aprilis, nonnulli locorum Ordinari ab hac Sacra Rituum Congregatione petierunt ut eiusdem Sancti Ioseph festum celebraretur die 18 martii.

Sanctissimus porro Dominus noster Paulus Papa VI, referente infra scripto S. R. C. Cardinali Praefecto, in Audientia die 9 maii anni huius eidem concessa, relatis precibus benigne annuit statuitque ut proximo anno 1967 Officium et Missa de S. Ioseph, Sponso B. M. V., Conf. et Ecclesiae universae Patrono, celebrentur die 18 martii: servatis de cetero rubricis.

Ex Secretaria S. Rituum Congregationis, die 13 maii 1966.

ARCADIUS M. Card. LARRAONA
S.R.C. *Praefectus*

✠ F. Antonelli, *Archiep. Idicren.*,
S.R.C. *a Secretis*

DECRETA PARTICULARIA

Dioecesum Hollandiae

Exc.mus ac Rev.mus Dominus Ioannes G. M. Bluyssen, Episcopus tit. Aeten. atque Auxiliaris et Vicarius Generalis Buscoducensis, nomine omnium Hollandiae Ordinariorum, Sacrae Rituum Congregationi sequens exhibuit dubium pro opportuna solutione, nimirum:

Utrum, attentis canone 1108 §§ 2 et 3 C.I.C. necnon nn. 70-75 Instructionis Sacrae Rituum Congregationis die 26 septembris 1964 evulgatae, sollemnis benedictio nuptiarum impertiri possit tempore clauso sine Ordinarii loci licentia.

Et Sacra eadem Rituum Congregatio, re mature perpensa, proposito dubio respondit: *Affirmative*, servato tamen n. 75 praefatae Instructionis.

Die 24 novembris 1965.

ARCADIUS M. Card. LARRAONA
S.R.C. Praefectus

Ferdinandus Antonelli
a Secretis

Abulensis

Exc.mus ac Rev.mus Dominus Sanctus Moro, Episcopus Abulen. in Hispania, Sacrae Rituum Congregationi sequens dubium pro opportuna solutione exhibuit, nimirum:

Utrum in exsequiis vespere peractis pervaigilii alicuius diei liturgici in quo Missa exequialis prohibetur, eadem Missa dici possit, absque tamen cantu.

Et Sacra eadem Rituum Congregatio, auditio Commissionis liturgicae suffragio reque mature perpensa, proposito dubio respondit: *Affirmative*.

Die 15 octobris 1965.

ARCADIUS M. Card. LARRAONA
S.R.C. Praefectus

Ferdinandus Antonelli
a Secretis

Romana

Rev.mus Dominus Ioannes Baptista Franzoni, Abbas Ordinarius Sancti Pauli de Urbe, Sacrae Rituum Congregationi sequentia dubia pro opportuna enodatione reverenter proposuit, nimirum:

1. Utrum in Hora canonica quae Missam conventualem immediate praecedit, itemque in fine Vesperarum, si statim sequatur expositio Ss. Sacramenti et benedictio, omittendus sit *V.* « Fidelium animae ».

2. Utrum praescriptum n. 22 Ritus servandi in celebratione Missae, idest de precibus ad pedem altaris omittendis quoties alia actio liturgica immediate praecesserit, valeat de illis tantum actionibus liturgicis quibus ipse sacerdos Missam celebraturus praefuerit, an latius pateat, ita ut applicari debeat etiam in casu quo sacerdos, qui Missam celebret, praecedenti actioni liturgicae non praefuerit; immo ne interfuerit quidem; exempli gratia in Missa conventuali post Tertiam celebranda.

3. Cum habitus choralis proprius monachorum Ordinis S. Benedicti sit cuculla, quaeritur: an liceat sacerdotibus, qui Missae conventualis intersint, celebrantem in sacrae Communionis distributione coadiuvare stola super cucullam simpliciter sumpta, quin superpelliceum induant, secundum antiquum ritum monasticum, qui adhuc servatur in distributione ramorum olivarum atque candelarum festis diebus respectivis.

4. Utrum, si una aliave ex feriis in quibus Litaniae Minores celebrantur, omitti contingat processio, Litaniae Sanctorum cum suis *VV.* et precibus dicendae sint in choro absque processione, an potius ex toto praetermittendae etiam in choro.

Et Sacra eadem Rituum Congregatio, auditio Commissionis liturgicae suffragio rebusque mature perpensis, propositis dubiis respondere censuit:

Ad I. *Negative.*

Ad II. *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam.

Ad III. Negative.

Ad IV. Iuxta n. 83 Codicis rubricarum, Ordinarius loci peculiares supplicationes instituat, in quibus dicantur Litaniae Sanctorum.

Die 8 novembris 1965.

ARCADIUS M. Card. LARRAONA
S.R.C. *Praefectus*

Ferdinandus Antonelli
a Secretis

Vashingtonensis

Exc.mus ac Rev.mus Dominus Philippus Matthaeus Hannan, Episcopus titularis Hieropolitan. atque Auxiliaris et Vicarius Generalis Vashingtonen., Sacrae Rituum Congregationi sequentia dubia pro opportuna solutione reverenter exhibuit, nimirum:

1. Utrum ad exstruendum altare versus populum requiratur Ordinarii loci licentia.
2. Utrum sacerdos quilibet possit sine Ordinarii vel parochi licentia Missam celebrare facie populum versus.

Et Sacra eadem Rituum Congregatio, re mature perpensa, propositis dubiis respondit:

Ad I. *Affirmative.*

Ad II. *Affirmative.*

Die 16 iulii 1965.

ARCADIUS M. Card. LARRAONA
S.R.C. *Praefectus*

Ferdinandus Antonelli
a Secretis

Zamorensis in Mexico

Exc.mus ac Rev.mus Dominus Iosephus Gabriel Anaya Diez de Bonilla, Episcopus Zamoren. in Mexico, Sacrae Rituum Congregationi sequentia dubia pro opportuna solutione reverenter proposuit, nimirum:

1. Utrum novelli sacerdotes, in concelebratione Missae in qua ordinatio sacerdotalis confertur, ea tantum dicant quae omnes concelebrantes dicere debent.

2. Utrum in tali Missa adhiberi possit diaconus praeter sacerdotes concelebrantes; et si affirmative, quid diacono competit facere.

3. Cum eadem in Missa adsint etiam alii sacerdotes concelebrantes, quaeritur: an neo-presbyteri debeant prima occupare loca ad latera episcopi?

Et Sacra eadem Rituum Congregatio, auditio Commissionis liturgicae suffragio, reque mature perpensa, propositis dubiis respondere censuit:

Ad I. *Affirmative*; cfr. nn. 109 et 115 « Ritus servandi in concelebratione Missae ».

Ad II. *Affirmative* ad primam partem; ad secundam partem: fungi munere diaconi; cfr. n. 109 *praefati ritus*.

Ad III. *Convenire*.

Die 26 novembris 1965.

ARCADIUS M. Card. LARRAONA
S.R.C. *Praefectus*

Ferdinandus Antonelli
a Secretis

Sacra Congregatio Concilii

CIRCULARES LITTERAE

de participatione ad Missam festivam eorum qui animi relaxandi causa
(v. touristes) ad alias regiones se conferre solent

Supra relata epistola (pp. 157) Em.mi Card. Iacobi Lercaro ad Praesides Coetuum Episcoporum cuiusque nationis, diei 25 ianuarii 1966, in nn. 2-3, hortatur locorum Ordinarios ut, pro opportunitate, congruas edant normas, ut in determinatis ecclesiis, praesertim in magnis civitatibus et in locis ubi frequentior habetur intinerantium (vulgo touristes) concursus, certis horis, statuant unam vel, si oportuerit, plures Missas, lingua latina; iterum ut provideant spiritualibus necessitatibus fidelium diversarum linguarum, distinctis celebrationibus, iuxta possibilitem, pro singulis linguis.

Sacra autem Congregatio Concilii, nuperrime quasdam dedit Exc.mis locorum Ordinariis normas, quae cum his indicationibus coherent, quasque referre placet.

Omnibus in comperto est peregrinationes relaxationis causa suscep-tas (v. tourisme) in dies augeri illis quoque in regionibus ubi oeconomi-carum rerum processus parvi adhuc est momenti.

Quin internum in singulis regionibus peregrinantium incrementum consideremus, in mentem revocare sufficit memoratas peregrinationes ab anno 1958 usque ad hodiernum diem duplicates esse, numerum autem ad exteris regiones peregrinantium millies centena millia (100 millions) superexcedere, quorum octingenties centena millia (80 millions) in Europa.

Quapropter peregrinationes, utpote primaria eaque complexa res temporis liberi hominis hodierni, nova genera ducendi vitam — ut patet — attingunt.

Voluptuariae enim peregrinationes — si recto animo his homines fruuntur — non tantum corporis animique viribus relaxandis atque levandis favent, sed et civilis cultus progressum offerunt per itinera ad exteris Nationes, quibus hominis spiritus excolitur omnesque per mutuam conversationem ditiores evadunt.¹

¹ Cfr. Const. past. *Gaudium et spes*, de Ecclesia in mundo huius temporis, nn. 54, 61.

Huiusmodi vero tam magna hominum itinerantium copia expostulat, ut animarum cura apta his manifestis necessitatibus fiat ad diem praesertim Domini colendum quod attinet, celebratione nempe in diversis linguis Missarum cum homilia et copia sacerdotum ad audiendas peregrinantium confessiones in suo cuiusque idiomate addictorum.

* * *

Summus Pontifex Paulus VI pluries Pastorum considerationi propositu peregrinationum delectationis causa susceptarum momentum et gravitatem, ad curam quod spectat; eosdemque exhortatus est ne in traditionalibus formis morarentur, sed novas formas inquirerent quae apostolicae anxietati, a Divino Salvatore Ecclesiae traditae, responderent.² Singulae enim Ecclesiasticae Auctoritates grave a Deo habent onus in spiritualem curam incumbendi etiam pro fidelibus qui, etsi ad tempus, in earundem dioecesibus vel paroeciis degunt, et ita exercendi ministerium ut hodiernis necessitatibus Pastoralis organicae aptatum succedat.³

Sic accidit ut libertas, quae revera peregrinantium propria est, non licentiam vel a Deo recessionem gignat, sed hoc novum « sociale factum »⁴ suos beneficos effectus inducere possit in ministerii opus aliosque, quos negativos vocant, ab eo avertere.

Hanc ob causam Concilii Vaticani II Patres, postquam hortati sunt locorum Ordinarios ut « erga omnes sollicitos se praebent cuiuscumque sunt ... nationis, tum incolas, tum advenas et peregrinos »,⁵ addunt: « aptae methodi pastorales promoveantur ad vitam spiritualem fovendam eorum qui relaxationis causa ad tempus alias regiones petunt. Episcoporum Conferentiae, praesertim Nationales, urgentioribus quaestionibus ad praedictos spectantibus sedulo studeant, et aptis instrumentis ac institutionibus spirituali eorum curae ... consu-

² Cfr. Paulus VI, *Adlocutio ad participantes III Symposio de re peregrinatorum*, in *L'Osservatore Romano*, diei 7 iunii 1964.

³ Cfr. Paulus VI, *Adlocutio pro proclamatione Sanctae Martae ad patronam exercentium operam in ostellis*, *ibid.*, diei 8 martii 1964.

⁴ Paulus VI, *Adlocutio in festo Assumptionis* 1963, in *L'Osservatore Romano*, dierum 17-18 augusti 1963.

⁵ Decr. *Christus Dominus*, de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia, n. 16.

lant atque faveant, attentis in primis normis ab Apostolica Sede statutis vel statuendis, temporum, locorum et personarum condicionibus apte accommodatis ».⁶

Tantum igitur abest ut Ecclesia *passivam* huic sociali facto sese habeat, quin etiam munus sibi proprium existimat, conari ut opera quam maxime sedula exerceatur ubi peregrinationes relaxationis causa contingunt.

Opportunum insuper erit incepita quae ad animorum culturam et relaxationem pertinent numerosiora frequentibus promovere coetibus, quibus ad Dei Verbum audiendum homines disponantur.⁷

Cum autem hae omnes activitates ad ultimum eo spectent ut fideles Templum Dei adeant,⁸ necessarium erit, Ordinariorum locorum iudicio,⁹ quoties coetus maxime ex exteris fidelibus componitur ut *instituantur speciales et integrae liturgicae actiones*, *S. Missa festiva scilicet cum praescripta homilia*,¹⁰ *confessionum auditio, vel forte aliae in Domo Dei celebrationes, in ea lingua cuius maior peregrinatorum (v. touristes) participantium pars est et coadiuvantibus, si fieri potest, sacerdotibus eiusdem linguae*.¹¹

In multis enim dioecesibus et paroeciis, in quarum finibus sunt curae thermales vel loca ubi peregrinationes relaxationis causa fiunt, peringens fit incolarum numerus; et christiano cum gaudio assidua frequentatio Sancti Sacrificii saepe comprobatur, una cum valde notabili participatione SS. Sacramentorum etiam ex parte advenarum.

Constat ex hoc, quantopere veri nominis christiani eidem Dei caritati communicent,¹² unam in Christo, ut Patris Communis filii, familiam effidentes.¹³

⁶ *Ibid.*, n. 18.

⁷ Cfr. Paulus VI, *Adlocutio ad participantes III Symposio de re peregrinaturorum*, in *L'Osservatore Romano*, diei 7 iunii 1964.

⁸ Cfr. Ioannes XXIII, *Adlocutio iis qui interfuerunt Conventui primo, S. Congregationis Concilii opera Romae habito, proposito argumento v. « Turismo e Pastorale »*, diei 19 februarii 1963; *AAS*, LV (1963) 232-238.

⁹ Cfr. Const. *Sacrosanctum Concilium*, de sacra Liturgia, nn. 22; 36; 39 et Decr. *Christus Dominus*, de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia, n. 15.

¹⁰ Cfr. Const. *Sacrosanctum Concilium*, de sacra Liturgia, nn. 14; 52; 54.

¹¹ Cfr. Decr. *Christus Dominus*, de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia, nn. 23; 30.

¹² Cfr. Const. dogm. *Lumen Gentium*, de Ecclesia, n. 49; *AAS*, LVII (1965) 54.

¹³ Cfr. *Ibid.*, n. 51; *AAS*, LVII (1965) 58.

Haud raro, e contra, evenit ut huiusmodi peregrinatores quasi extranei liturgicis actionibus et sacrae praedicationi aegro animo intersint. Quod sane contrarium est spiritui conciliari qui, ut vere oecumenicus sit, nulla alia re inniti potest nisi mutua caritate quae, ut *vinculum perfectionis*, omnes unit christifideles.

Ceterum peregrinationes (v. *tourisme*), ut diximus, optimam nostris fidelibus occasionem praebent alia membra Christi cognoscendi, cum eis colloquendi et immensam varietatem Ecclesiae perspectam habendi.

Quod tamen possibile erit tantum si communites christianaee quae in locis peregrinationum sedem habent, spatia caritatis dilatantes, peregrinatores cuiuscumque linguae et Nationis ut sibi amicos et fratres recipiant. Etenim peregrinationes illam pretiosam offerunt opportunitatem apostolatus communitarii, in Decr. *Apostolicam actuositatem*, de Apostolatu laicorum (n. 10), commendati, qui quotquot invenit diversitates humanas in unum congregat et Ecclesiae universalitati inserit. Immo spiritus ille oecumenicus, qui e Concilio tam magnum impulsu[m] habuit, et libertas religiosa in locis ad quos peregrinatores se conferre solent, magnopere exerceri possunt.¹⁴

Omnis enim sciunt nihil magis prodesse spiritui oecumenico, quam relationes inter eos qui dialogo participant. Ita Ecclesia, in qua « laici ... ius habent ... verbi Dei praesertim et sacramentorum adiumenta a sacris Pastoribus accipiendi »,¹⁵ apparebit quod reapse est, Corpus Christi in quo non est « iudeus, neque graecus, non est servus neque liber quia omnes unum sunt in Christo » (*Gal 3, 28; Col 3, 11*).

* * *

Commendemus ergo vobis, Venerabiles Fratres, ut quod statutum est in Const. *Sacrosanctum Concilium*, de sacra Liturgia (nn. 14; 52; 54) et in Decr. *Christus Dominus*, de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia (nn. 16; 23; 30), quodque in mentem revocavimus, ad effectum deducatur.

Sic fiet ut peregrinationes delectationis causa susceptae tempus vere evadant relaxandi simul corporis animique vires. Quinimmo ipsae ad

¹⁴ Cfr. Decl. *Dignitatis humanae*, de libertate religiosa, nn. 3; 6.

¹⁵ Const. dogm. *Lumen Gentium*, de Ecclesia, n. 37; *AAS*, LVII (1965) 42.

hodiernam animorum culturam, ad necessitudines inter gentes atque ad pacem inter omnes Nationes instaurandas conferre valebunt.¹⁶

Quoad impensam ac sedulam executionem eorum quae hic consiluntur, impetrat omnibus Mater Ecclesiae, ut « omnia ... in caritate fiant » (*1 Cor* 16, 14).

Atque haec conciliet a Deo Apostolica Benedictio, quam beatissimus Pater caelestium munerum auspicem paternaequa benevolentiae suae testem Episcopis et Parochis omnibus, iis imprimis qui in salutarem hanc rem suam conferant operam, libentissime impertit.

Haec ex mandato mihi munere Vobiscum comunico.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis Concilii, die xix mensis martii, in Festo S. Ioseph, anno MCMLXVI.

PETRUS Card. CIRIACI, *Praefectus*

✠ P. Palazzini, *a Secretis*

¹⁶ Cfr. Paulus VI, Adlocutio iis qui interfuerunt Coetui ex omnibus Nationibus Romae habitu, Consilii Unitarum Nationum opera, de peregrinationibus delectationis causa susceptis seu v. tourisme, diei 31 augusti 1963; *AAS*, LV (1963) 746-749.

« L'edificio sacro monumentale non può essere declassato al rango di museo, anche se del museo può avere il valore e l'importanza.

La chiesa di pietra è un abitacolo del Dio vivente, nel quale il popolo di Dio esprime l'attualità della fede, attraverso le pratiche del culto. Ciò, per un cristiano, è di maggiore importanza di un gruppo di turisti che, guida alla mano o sotto la regia di un cicerone, ammira le cose preziose dell'arte che il tempio esprime e nel tempio sono contenute ».

(M. ALFANO, in *Fede e Arte*, 1966, pp. 33-34)

Actuositas Coetuum Episcoporum

LIBRI LITURGICI OFFICIALES REGIONES LINGUAE GERMANICAE

Die Feier der Firmung

Lateinisch-deutsche Ausgabe für den liturgischen Gebrauch.

Editor: Paulinus-Verlag, Trier 1966.

19 × 27 cm., 28 pp.

Versio approbata a Coetu Episcoporum Austriae, Germaniae et Helvetiae.

CONTENTUM: Ordo Confirmationis sine cantu: Ritus Pontificalis; ritus servandus a sacerdote Sacramentum Confirmationis aegroto in periculo mortis constituto administrante; Ritus servandus a sacerdote Sacramentum Confirmationis fidelibus extra mortis periculum constitutis administrante; Ordo Confirmationis in cantu.

REGIONES GALLICAE LINGUAЕ

Prefaces

Supplément au Missel Romain latin-français.

Editores: Desclée - Dessain - Mame.

Impressum in Belgio, typis Desclée et Cie., Tournai 1965.

18,5 × 24,5 cm., 24 pp.

Missel Romain Latin-Français

Propre des Saints et Commun des Saints pour certain lieux. Prières pour diverses intentions.

18,5 × 24,5 cm., 62 pp.

Missel Romain Latin-Français

Messes votives.

18,5 × 24,5 cm., 64 pp.

Haec duo fascicula *Missel Romain latin français* approbata sunt pro regionibus linguae gallicaie die 10 februarii 1966.

INCEPTA PRO UNICA INTERPRETATIONE TEXTUUM LITURGICORUM

REGIONES LINGUAЕ ANGLICAE

Secretariatus Commissionis Internationalis pro lingua anglica in Liturgia, evulgavit libellum, qui inscribitur « English for the Mass », a *Burns & Oates* (London), a *Benziger Brothers* et *Catholic Book Publishing Co.* (New York), editum.

Libellus praebet duas interpretationes textuum Ordinis Missae, quarum prior peracta est a coetu Consultorum eiusdem Commissionis, altera vero desumpta est a versione quae, post analysism interpretationum iam in usu in Liturgia, proponitur Commissioni. Huiusmodi autem textus vestem officialeм non induunt, et ideo in celebrationibus nequeunt assumi; attamen proponuntur ut de eis animadversiones fiant et propositiones afferantur, ad methodum laboris Commissionis ultius perficiendam.

Dispositio typographica ea ratione curata est, ut examen faciendum a membris delegatis singularum Regionum, facile et uniforme evadat. Responsiones autem intra diem 30 iunii huius anni ad Secretariatum suntmittendae.

Libelli eiusdem generis parantur etiam pro psalmis, praefationibus et orationibus.

Ad suggestiones proponendas invitantur viri, etiam laici, periti in omnibus quae opus instauratioнis attingere possunt, v. g. in literatura, re biblica, liturgica, musica, etc.

Secretariatus Commissionis desiderium expressit ut cooperatio iniatur etiam cum aliis Ecclesiis christianis, ita ut in opere interpretationis, versio communis fiat saltem aliquarum partium, v. g. symboli, psalterii, lectionarii.

REGIONES LINGUAE HISPANICAE

A fin de llevar a cabo la renovación litúrgica impulsada por el Concilio en cuanto al uso de la lengua vulgar se refiere, el Consejo Episcopal Latino-americano (CELAM), de acuerdo con el Episcopado Español, ha procedido a la preparación de las ediciones litúrgicas en castellano.

COMISIÓN EPISCOPAL MIXTA

A solicitud de Emmo. Presidente del « Consilium », Cardenal Lercaro, los Episcopados de una misma lengua debían constituir un organismo responsable de las traducciones y ediciones litúrgicas, a fin de lograr, dentro de lo posible, la unidad de versión para cada lengua en las ediciones definitivas.

En atención a esa insinuación del Cardenal Lercaro, corroborada expresamente por el Santo Padre el 10 de Noviembre del año pasado, en la Reunión Internacional sobre Traducción e Interpretación de los textos litúrgicos, el CELAM y el Episcopado Español crearon la Comisión Episcopal Mixta, con Obispos delegados de los países latino-americanos y del Episcopado Español. Esta Comisión Episcopal tuvo sus primeras reuniones durante la última sesión del Concilio, en Roma, y aprobó las primeras versiones oficiales al castellano, confirmadas posteriormente por el « Consilium ». La Comisión Episcopal Mixta nombró también un Cuerpo de peritos procedentes de las distintas zonas de la América Latina, y de España, con el encargo de preparar las versiones, que luego ha sometido al estudio y aprobación de la Comisión Episcopal Mixta, y finalmente a la confirmación del « Consilium ».

SECRETARIADOS COORDINADORES

A fin de coordinar el trabajo entre los Episcopados pertenecientes al CELAM y el Episcopado Español, se constituyeron dos Secretariados, el uno con sede en Medellín, adjunto al Departamento Litúrgico del CELAM, y el otro en Madrid. La dirección postal de este último es: Alfonso XI, 4 - Madrid 14, y en él actúa como Secretario Coordinador el R. P. José Martín Patino, S. J.; y la dirección postal del primero es: Apartado Aéreo 2072, Medellín, y actúa como Secretario Coordinador el P. Jairo Mejía Gómez.

PLAN DE TRABAJO

La Comisión Episcopal Mixta ha debido afrontar el trabajo de traducción de todos los libros litúrgicos, a saber: el Misal, el Breviario, el Ritual y el Pontifical.

TRADUCCIÓN DEL MISAL

El trabajo de traducciones se ha iniciado con las del Misal, por ser las más urgentes. El plan comprende la edición del Leccionario o Libro del ambón, en dos volúmenes, uno con las lecciones dominicales y festivas, y otro con las lecciones del santoral y feriales.

El volumen I apareció el año apasado en una edición para España, y en este momento se hace una reedición del CELAM para la América Latina, a precios extraordinariamente favorables. Este volumen contiene las lecciones (Epístolas y Evangelios) de los domingos y días festivos, junto con los Graduales y Alleluias. Las lecciones del Santoral, de las ferias y de las Misas Votivas, con sus Graduales, Tractos y Alleluias, constituyen el segundo volumen del leccionario.

Junto al leccionario aparecerá el Libro del Altar, en latín y castellano, según lo exige el « Consilium » para la aplicación de la Constitución de la Sagrada Liturgia, y contiene: las Antífonas (Introitos, Ofertorios, Comuniones) y todo el Oracional (Colectas, Secretas y Postcomuniones).

EDICIONES POR FASCÍCULOS

A fin de no retardar la aparición de las ediciones y de reducir su costo a la mínima expresión, la entrega de los libros litúrgicos se hará por fascículos, entendiéndose por fascículo el número de pliegos o cuadernillos editoriales que corresponden a una unidad litúrgica. Para facilitar el uso de los fascículos se han preparado unas carpetas cubiertas, en las cuales se pueden intercambiar los fascículos, con la dignidad conveniente a las celebraciones litúrgicas.

EDICIÓN DEL BREVIAIRO

En vista de la revisión total del Breviario Romano que viene realizando el « Consilium », se ha descartado el proyecto de hacer una edición del Breviario en castellano, y en su lugar se está proyectando una edición del Salterio, según el orden hebdomadario (orden por los

días de la semana) y su distribución por Horas. La edición del Salterio incluye la de las antífonas de cada tiempo, con las capítulas de Laudes, Vísperas y Horas Menores. Esto significa que, con exclusión de las lecciones y de los Oficios propios, todo el Salterio podrá ser rezado en español por los sacerdotes que tengan licencia de su Ordinario. En cuanto a las religiosas, se hará la edición del Oficio Parvo con la versión oficial del Salterio en castellano.

EDICIÓN DEL RITUAL

Como es sabido, el CELAM tiene su propia edición en el « Elenchus Rituum » o Ritual Bilingüe para la América Latina, el cual puede seguir siendo usado por los sacerdotes en la pastoral sacramental. Como el Ritual Bilingüe apareció varios años antes del Concilio Vaticano II, cuando no estaba autorizada la traducción de todos los textos litúrgicos, ha sido necesario completar la traducción de los textos de los Sacramentos, incluyendo las fórmulas sacramentales, los exorcismos y algunas oraciones. Así mismo se ha aprovechado la ocasión para hacer una revisión a la traducción original. Actualmente se prepara por la Comisión Mixta una edición del Ritual, por Sacramentos, un fascículo por cada grupo de sacramentos, y posteriormente el Ritual completo. Los Sacramentales (bendiciones, etc.) serán editados aparte.

DISTRIBUCIÓN DE LOS LIBROS LITÚRGICOS

Para los efectos de venta y distribución de las ediciones de los libros litúrgicos en castellano, la Presidencia del CELAM dispuso que se encargara de ello a los Secretariados Nacionales de Liturgia de cada país o, en su defecto, a los Secretariados Nacionales del Episcopado, quienes percibirán directamente los beneficios económicos de los distribuidores. Ellos tienen la exclusiva de la distribución para cada país y a través de ellos se pueden surtir las librerías y demás organismos interesados en la venta al público de los libros litúrgicos.

PROPIEDAD LITERARIA

La propiedad literaria de las ediciones litúrgicas en castellano está reservada al CELAM y a la Comisión Episcopal Española de Liturgia, que únicamente pueden conceder el derecho de reproducción.

DE PRIMIS GRESSIBUS INSTAURATIONIS LITURGICAE

Anno elapso, Notitiae complures ediderunt relationes de primis gressibus instaurationis liturgicae in variis nationibus.

Hic adhuc quaedam refertur relatio quae nuperrime ad « Consilium » missa est.

MEXICUM

I. Desde el 22 de Noviembre de 1964, día en que el « Consilium ad exsequendam Constitutionem de Sacra Liturgia » aprobó la versión española para México, se empezó a trabajar muy intensamente para hacer que el pueblo de Dios aprendiera en nuestra Patria la nueva forma de alabarle en lengua vernácula.

Hubo varios trabajos de preparación:

a) Se dieron pláticas y conferencias a los sacerdotes en las distintas Diócesis de la República, a las que asistieron la mayoría de ellos, poniendo un interés muy grande para comprender el espíritu de la renovación litúrgica que se encuentra en la Constitución del Concilio Vaticano II.

b) Los Sacerdotes se pusieron en contacto con sus respectivos feligreses en las Parroquias, Vicarías Fijas, en los Colegios Católicos, a través de las diversas Asociaciones: Acción Católica Mexicana, Órdenes Terceras y fieles en general, para darles a conocer las principales disposiciones y directivas del Conc. Vat. II en materia litúrgica, y para hacerles comprender la conveniencia pastoral del uso de la lengua vernácula en la S. Misa y en la administración de los Sacramentos.

Este período de preparación se extendió hasta el 7 de Marzo de 1965 en la mayoría de las Diócesis. Hubo algunas que empezaron un poco antes, y esto sirvió para ir adelantando la solución de los muy variados problemas y dudas que se iban suscitando.

c) La impresión producida en las almas de los cristianos, fué muy edificante. La asistencia de los fieles a la S. Misa diaria y dominical, fué mucho mayor en todas partes. El contacto del alma con Dios a través de la Liturgia, se ha hecho más edificante.

II. En todas las Diócesis se fué procediendo de una manera muy prudente para introducir en la práctica los distintos puntos correspondientes a la renovación que se trataba de hacer, procurando adaptarse en todo a la cultura religiosa y capacidad de comprensión de las diversas categorías de personas y de lugares.

III. No hubo ninguna diferencia u oposición de criterios que pudiera traer desconcierto en las almas, sino que con un gran sentido de unidad, se procedió en todas las Diócesis, grandes y pequeñas. Esta unidad ha tenido como principal fundamento la buena voluntad de todos los Exc.mos Pastores de la Iglesia de México.

IV. Uno de los problemas más difíciles de resolver, fué el de proveer de una manera rápida el material necesario para que todos los millones de católicos que asisten a Misa, pudieran tener en sus manos la traducción del Ordinario de la Misa en lengua vernácula.

Se logró en muy poco tiempo tener todo el material indispensable del que se fueron proveyendo los sacerdotes de todas las Diócesis.

Se han hecho unas ediciones muy provisionales del Propio en fascículos populares en la Editorial: Buena Prensa, atendida por un equipo de cinco sacerdotes Jesuitas. Esto ha servido para dar un primer paso hacia la unificación del texto del Propio de la S. Misa, ya que teniendo aprobados 14 misales de los comerciales, había muchas diferencias en las traducciones.

Se han hecho también algunas ediciones del Ordinario de la Misa con un sentido más pastoral, que han ayudado al pueblo a entender mejor las diversas partes que lo forman.

V. Mucho ha servido para la unificación de criterios litúrgicos la publicación tan oportuna del *Ordo Missae; Ritus servandus in celebratione Missae;* el *Ritus servandus in concelebratione Missae* y el *Ritus Communionis sub utraque specie.*

VI. Algunas proposiciones:

1. Se desea que se llegue cuanto antes a la unificación total del texto litúrgico en lengua española.
2. Se desean algunos Prefacios propios nuevos.
3. Se desea que las lecturas tomadas de la S. Escritura y especialmente del Evangelio, se vayan desarrollando durante todo el año litúrgico, en forma de que todo el Evangelio se pueda leer a lo largo del año litúrgico.
4. Se desearía la traducción a la lengua vernácula del Oficio Divino.

 J. JESÚS TIRADO Y PEDRAZA
Episcopus Civitatis Victoriensis

Chronica

* *Conventus Foederationis Internationalis « Pueri Cantores ».* A die 13 ad diem 18 mensis aprilis proxime elapsi habitus est annualis Conventus Foederationis Internationalis « Pueri Cantores », qui Lauretum convenerunt ut coetui v. « Rassegna Internazionale delle Cappelle Musicali in onore di N. S. di Loreto » suam operam darent iuxta Constitutionis de S. Liturgia praescriptum: « Scholae cantorum assidue provehantur, praesertim apud ecclesias cathedrales » (art. 114). Chori, numero 15, proveniebant ex Foederationibus Nationalibus Italiae, Hispaniae, Angliae, Galliae, Belgii, Helvetiae, Germaniae. Interfuit quoque Cappella Pontificia « *Sistina* ».

Post Missam in cantu mane celebratam in Basilica Lauretana quam Pueri Cantores non solum cantu sed fere omnes S. Communione participarunt, praedicti conventus labores ordinatim expleti sunt.

In primis, Pueri Cantores exempla musicae sacrae classica et moderna, super textum in lingua latina et vulgari, rite exequuti sunt.

Insuper membra Consilii Directivi Foederationis Internationalis « Pueri Cantores » res pertractarunt ad vitam eiusdem Foederationis provehendam pertinentes.

Inter alia apparatus fuit programma *XI Congressus Internationalis Puerorum Cantorum*, Romae, cum S. Sedis approbatione, diebus 5-9 mensis iulii anni 1967 habituri.

Praeterea, moderante Ill.mo ac Rev.mo D. Florentio Romita, Praesidente Foederationis Internationalis « Pueri Cantores », publica disceptatio habita est de praecipuis quaestionibus actualibus circa musicam sacram, sc:

1. *De arte in Liturgia et de musica, uti arte sacra, in cultu divino.*
2. *De genuino sensu actuosae participationis fidelium.*
3. *De relationibus Scholam inter et Populum Dei.*
4. *De cantus partibus, quae tum Scholae Cantorum, tum populo, tum utrique competunt in sacra Liturgia.*
5. *De musicae sacrae repertorio classico, eius usu eiusque aptatione iuxta Constitutionis de sacra Liturgia praescripta. De novo musicae sacrae repertorio super textum in lingua vulgari; de qualitatibus requisitis in textibus liturgicis in lingua vulgari.*
6. *De organo et musicis instrumentis in Liturgia.*

Disceptatione peracta in coetibus distinctis pro italis, hispanis, anglis, gallis et germanis, magno cum fervore (cfr. *L'Osservatore Romano della Domenica*, 8 maggio 1966, *Il Messaggero*, *L'Italia*, *La Rocca*, etc.) vota conclusiva, exinde confecta et a Praesidentibus Nationalibus adprobata, ad S. Sedem missa sunt.

Tandem, in Missa Pontificali dominica in Albis celebrata in Basilica Lauretana et per Televisionem transmissa, ut exemplum praeberent quomodo Schola Cantorum et populus iuxta Constitutionis de S. Liturgia praecripta rite ac decore inter se collaborare possint, Pueri Cantores Missam *In Festis Apostolorum II*, P. A. Praenestini, 5 vocibus inequalibus alternatim cum gregoriano a ceteris cantato, exequuti sunt.

Conventus Foederationis Internationalis « Pueri Cantores » suam conclusionem habuit Romae, ubi Summus Pontifex Paulus VI Praesidentes, Directores et Cantores in speciali Audientia benigne exceptit die 18 mensis aprilis.

Summus Pontifex, auditis prius concordi cantu atque devote sensibus et filialibus votis a Praesidente Foederationis Internationalis praesentium nomine prolatis, paternam habuit orationem ad Pueros Cantores, quorum historiam, munus et perspectivas illustravit.

Tandem Summus Pontifex aureo numismate pontificio decorare voluit vexillum Foederationis Internationalis « Pueri Cantores ». (P. Z.).

* *Journées Internationales d'études musicales*. Pour la cinquième année consécutive, un groupe imposant de personnes engagées dans le renouveau actuel du chant et de la musique dans la liturgie s'est réuni récemment pour des journées d'études internationales. Les rapports des deux premières réunions de Crésuz (1962) et d'Essen (1963) ont été publiés dans le volume *Chant liturgique et langues vivantes* (Paris, Ed. Fleurus, 1964, coll. « Kinnor », n. 4; éd. italienne: *Lingue moderne e Musica sacra*, Elle Di Ci, Torino-Leumann, 1966, col. Liturgia e cultura, n. 1). Après la réunion de Taizé (1964), ce fut en août 1965 le Semaine internationale de Fribourg, aux cadres beaucoup plus élargis: près de 300 participants de 32 pays étudièrent *Le chant et la musique liturgique après Vatican II* (Ed. Fleurus, 1966, coll. « Kinnor », n. 6; éd. italienne: *La Musica nel rinnovamento liturgico*, Elle Di Ci, 1966, col. Liturgia e cultura, n. 2; éditions en cours dans les autres langues). Cette année, du 20 au 22 avril, c'était à nouveau un groupe restreint, mais représentatif (70 participants venant de 16 pays d'Europe, d'Amérique et d'Australie) qui se rassemblait dans le cadre admirable de Lugano (Suisse): ces journées d'études portaient sur les problèmes que pose la réforme actuelle aux *chants processionnaux de la Messe*.

Il s'agit, comme on le sait, des chants qui accompagnent les diverses processions liturgiques: procession du célébrant et de ses ministres (chant d'entrée), procession du diacre ou du prêtre allant à l'ambon lire l'Évangile (Alleluia), procession des servants ou des fidèles apportant les dons et les oblats (chant d'offertoire), procession des fidèles se déplaçant pour recevoir le Corps du Seigneur (chant de communion). Des études historiques, liturgiques, pastorales et techniques ont été présentées par des spécialistes bien connus: H. Hucke, H. Leeb, B. Huijbers, L. Agustoni, G. Stefani,

L. Deiss, J. Gelineau, D. Rimaud. Par groupes restreints internationaux, les possibilités et les essais de chaque pays pouvaient être confrontés. Bien que l'histoire soit loin d'avoir dit son dernier mot sur le sujet, les diverses traditions liturgico-musicales de l'Orient et de l'Occident sont de mieux en mieux connues et permettent de dégager certaines orientations, dont la réforme liturgique en cours pourrait faire grand profit. Devant les exigences toutes nouvelles des célébrations en langues vivantes, liturgistes et musiciens sentent la nécessité de réfléchir ensemble sur ces orientations et leurs implications pastorales. Il semble de plus en plus évident que, pour les chants processionnels, s'impose un immense effort de création littéraire et musicale, pour leur redonner la structure littéraire et musicale qui correspond le mieux à leurs fonctions.

Au cours de cette réunion de Lugano, les spécialistes ont jugé bon de s'associer afin de mieux s'entraider dans le travail. Cette Association porte le nom d'*« Universa Laus »* et se définit: « Groupe international d'études pour le chant et la musique dans la liturgie ». Encouragée par S. E. Mgr R. Tschudi, Abbé d'Einsiedeln, Président de la Commission suisse de Liturgie, et par S. E. Mgr A. Ielmini, Administrateur Apostolique de Lugano, Président de la Conférence épiscopale suisse, l'Association vient de recevoir les élogieuses félicitations de la Sécrétairerie d'Etat: « *Le Souverain Pontife a accueilli avec bienveillance la lettre que vous Lui adressiez, avec Don Luigi Agostoni et Erhard Quack, à l'issue de votre réunion de Lugano, pour L'informer de la fondation d'un groupe international d'études pour le chant et la musique dans la liturgie sous le nom de UNIVERSA LAUS.*

Cette initiative a paru opportune à Sa Sainteté en cette période où l'application des directives conciliaires dans le domaine du chant et de la musique liturgiques pose tant de problèmes délicats.

Aussi Se plaît-Elle à souhaiter les plus heureux développements à l'Association nouvellement née, et envoie-t-Elle à ses trois Présidents et à tous ses membres, avec Ses paternels encouragements, la Bénédiction Apostolique implorée.

Cette lettre était adressée le 11 mai dernier par S. E. Mgr Angelo Del-l'Acqua, Substitut, au R. P. Joseph Gelineau, S. J., qui avec le Docteur Erhard Quack et le R. P. Luigi Agostoni compose le « praesidium » de la nouvelle Association. Tous ceux qui œuvrent au renouveau du chant et de la musique dans la liturgie verront avec joie dans les vœux du Saint-Père un précieux encouragement à leurs travaux. (G. F.).

* *Coetus Commissionis Liturgicae Hispaniae*. Diebus 12-15 aprilis 1966, in monasterio « El Paular », prope Segoviensem Civitatem, locum habuit Sessio sodalium (Episcoporum et peritorum) Commissionis liturgicae Hispaniae. Partem habuerunt omnes periti Commissionis. Aderat etiam, humannissime invitatus, Secretarius « Consilii ». Coetui praefuit Exc.mus DD. Vin-

centius Enrique y Tarancón, Archiepiscopus Ovetensis et Praeses eiusdem Commissionis. Labores direxit Rev.mus P. Ioseph Patino, S.J., Secretarius Commissionis et « Consilii » Consultor.

* *Specialis cursus Liturgiae.* Proximis mensibus aestivis, a die 20 iunii ad 30 iulii 1966, apud *St John's University, Collegeville* (U.S.A.), specialis cursus institutionis academicae de sacra Liturgia praebebitur, qui includitur ut pars programmatis ad consecrationem gradus « Master of Arts ». Hic cursus satisfacere vult necessitati profundioris institutionis professorum sacrae Liturgiae et omnium qui aliquod munus directivum habent hac de re, vel qui propriam culturam religiosam perficere cupiunt, iuxta optata Concilii Oecumenici Vaticani II.

Petitiones fiat: *The Director of the graduate studies, St. John's University, Collegeville, Minnesota.*

* *Eucaristia e Mistero pasquale.* Est thema conventus de sacra Liturgia, diebus 9-11 maii 1966, in civitate Ausculana in Piceno celebrati, occasione Congressus Eucharistici regionalis. Relationes habitae sunt a peritissimis liturgistis et theologis.

Hac eadem occasione habita quoque est peculiaris expositio, ostendens exemplaria proposita a praclaris architectis ad Certamen cuius thema erat *Spazio architettonico per l'assemblea liturgica*, ab Exc.mo Episcopo Ausculano indictum. Propositiones revera novae factae sunt circa dispositionem spatii in aedificiis sacris, iuxta exigentias hodiernae pastoralis liturgicae, extrendis.

Le Graduel Romain

Edition critique
par les moines de Solesmes

Le but que se propose cette édition est de restituer le Graduel Romain, paroles et musique, en la forme qui est à l'origine de notre tradition manuscrite, et se situe selon toute vraisemblance à la fin du VIII^e siècle. Les liturgistes et les musicologues trouveront là une base ferme pour des recherches ultérieures, car les éditeurs prendront soin de distinguer les points douteux, matière à conjectures, et ceux qui, présentant une certitude raisonnable, constituent des matériaux solides.

Pour atteindre ce but, les moyens sont en substance ceux que Dom Mocquereau avait pressentis: appliquer aux livres liturgiques, et à la musique aussi bien qu'aux paroles, les méthodes critiques élaborées par les philologues à propos des textes littéraires. Mais pour tirer au clair bien des points encore obscurs, il a fallu reprendre par la base le problème des méthodes de critique textuelle en général.

La publication a commencé par le Tome II, *Les Sources* (1957); on y trouve un répertoire d'environ 740 manuscrits, parmi lesquels figurent non seulement tous les plus anciens, mais aussi quelques exemplaires plus récents, jusqu'au XV^e siècle, à titre d'échantillons. Une brève notice, suivie éventuellement d'une bibliographie succincte, donne sur chacun des manuscrits les indications indispensables.

Dans le Tome IV, *Le texte neumatique*, qui a paru ensuite, on considère les neumes abstraction faite des intervalles mélodiques, à condition bien entendu qu'il s'agisse de la même mélodie dans les manuscrits comparés. Le premier volume, *Le groupement des manuscrits* (1960) réalise un sondage qui porte sur près de 400 manuscrits de toutes provenances et de dates diverses du X^e au XV^e siècle. Les variantes neumatiques révèlent dans quelle mesure les manuscrits se rassemblent selon leurs affinités, formant des groupes qui correspondent aux zones culturelles et s'expliquent par l'histoire. Le second volume, *Relations généalogiques des manuscrits* (1962), retient seulement une trentaine de manuscrits, les plus représentatifs des groupes reconnus dans le premier. On y constate que les relations généalogiques sont troublées par une contamination profonde; cependant les principaux centres musicologiques de l'Europe apparaissent comme des « unités » distinctes, et en leur appliquant un critère de quasi-unanimité géographico-culturelle, on peut reconstituer de façon assez ferme le texte neumatique de l'« ancêtre commun » de nos manuscrits: les incertitudes portent seulement sur des détails peu importants. C'est ce que montre le specimen de restitution neumatique (*la messe Ad te levavi*) par lequel se termine le Tome IV.

Le Tome III, *Le texte littéraire* (à paraître prochainement) donnera le contenu liturgique, c'est-à-dire les paroles seules, avec la structure du Graduel et la teneur des pièces ou parties diverses qui le composent. Précédant l'édition proprement dite, une série de monographies étudieront les divers problèmes que pose la restitution.

Le Tome V, *Le texte mélodique*, reprendra le texte littéraire des pièces déjà donné dans le Tome III, et lui superposera le texte musical, à la fois sous sa forme neumatique *in campo aperto* et avec la traduction mélodique sur portée. Pour épargner au grand public une documentation d'une abondance excessive, l'édition imprimée ne donnera sur les variantes que les indications principales; mais l'apparat complet sera mis à la disposition des spécialistes sous forme de micro-films ou de micro-fiches: on y trouvera la photographie des tableaux qui sont à la base du travail critique, et contiennent la transcription intégrale des manuscrits les plus importants.

Le Tome I paraîtra en dernier. Ce sera tout à la fois une Introduction générale et une présentation synthétique de tout l'ouvrage. Les éditeurs y feront aussi une sorte d'« auto-critique », persuadés qu'en décrivant leurs hésitations et leurs tâtonnements, ils feront bénéficier tout le monde de leur expérience, et rendront aux critiques un service d'une portée générale.

LIBRERIA EDITRICE VATICANA

DOCUMENTI E SUSSIDI DI «NOTITIAE»

Dialogo con Dio

Riflessi liturgici nei discorsi di Paolo VI

1 vol. in-8°, pp. 140, L. 1.000 (\$ 1,70).

Inde a promulgatione Constitutionis de sacra Liturgia (4 dec. 1963) usque ad secundum eius anniversarium (4 dec. 1965), Beatissimus Pater, 74 vicibus, sive in sermonibus officialibus sive in celebrationibus peculiaribus vel in amabili collocutione cum populo Dei, ad Patrem communem invidendum affluente, de magnis thematibus sacrae Liturgiae locutus est.

Ex his fervens ac actualis catechesis liturgica eruitur, quam «Consilium», grato ac filiali animo colligere, conservare et omnibus in exemplum et auxilium praebere voluit. Sermones Summi Pontificis modo chronologico referuntur. Attamen, accuratus index analyticus faciliorem reddit aditum ad diversa themata.

De oratione communi seu fidelium

1 vol. in-8°, pp. 182

In fasciculo, parato a «Consilio», orationis communis natura, momentum ac structura describuntur et criteria indicantur ad eam parandam. Liber, secunda vice impressus, ditior factus est, 54 praebens specimina sive generalia sive pro peculiaribus temporibus et festis anni liturgici. Ad faciliorem reddendum opus interpretationis et aptationis pro Commissionibus liturgicis nationalibus quae schemata confidere debent pro propria dictione, specimina orationis communis dantur linguis latina et gallica.